  Falce manu posita fiet amica manus.

1649.

Cum sacrum fieret deo salaci,
Conducta est pretio puella parvo,
Communis satis omnibus futura,
Quae quot nocte viros peregit una,
Tot verpas tibi dedicat salignas.

1650.

Priapus ad furem.

Paedicabere, fur, semel, sed idem,
Si prensus fueris bis, irrumabo.
Quod si tertia furta molieris,
Ut poenam patiare et hanc et illam,
Paedicaberis irrumaberisque.

1651.

Priapus de formis corporum.

Notas habemus quisque corporis formas.
Phoebus comosus, Hercules lacertosus.
Trahit figuram virginis tener Bacchus.
Minerva flavo lumine est, Venus paeto,
Frontem comatos Arcadas vides Faunos,
Habet decentes nuntius deum plantas,
Tutela Lemni dispares movet gressus,
Intonsa semper Aesculapio barba est,
Nemo est feroci pectorosior Marte.
Quod si quis inter hos locus mihi restat,
Deus Priapo mentulatior non est.

1652.

Responsio cuiusdam requisiti, cur in tabella sit pictum praepucium.

Cur pictum memori sit in tabella
Membrum, quaeritis, unde procreamur.
Cum penis mihi forte laesus esset,

Chirurgique manum miser timerem,
Dis me legitimis nimisque magnis,
Ut Phoebo puta filioque Phoebi,
Curatum dare mentulam verebar.
Huic, dixi, fer opem, Priape, parti,
Cuius tu, pater, ipse par videris:
Qua salva sine sectione facta
Ponetur tibi picta, quam levaris,
Compar consimilisque concolorque.
Promisit fore, mentulamque movit
Pro nutu deus, et rogata fecit.

1653.

Priapus ad quendam volentem poma decerpere.

Simpliciter tibi me, quodcumque est, dicere oportet,
Natura est quoniam semper aperta mihi.
Paedicare volo, tu vis decerpere poma:
Quod peto, si dederis, quod petis, accipies.

1654.

Priapus ad puellas.

Forma Mercurius potest placere,
Forma conspiciendus est Apollo,
Formosus quoque pingitur Lyaeus,
Formosissimus omnium est Cupido.
Me pulcra fateor carere forma,
Verum mentula luculenta nostra est.
Hanc mavult sibi quam deos priores,
Si qua est non fatui puella cunni.

1655.

Ad quandam puellam cingentem penem Priapi.

Nota Suburanas inter Telethusa puellas,
Quae, puto, de quaestu libera facta suo est,
Cingit inaurata penem tibi, sancte, corona:
Hunc pathicae summi numinis instar habent.

1656.

Priapus ad euntes ad eum.

Quisquis venerit huc, poeta fiat,
Et versus mihi dedicet iocosos.
Qui non fecerit, inter eruditos
Ficosissimus ambulet poetas.

1657.

Villicus dicans Priapo cerea poma.

Laetus Aristagoras natis bene villicus uvis
  De cera facili dat tibi poma, deus.
At tu sacrati contentus imagine pomi
  Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

1658.

Priapus ad quosdam putantes eum dicere verba ioco.

Nolite omnia, quae loquor, putare
Per lusum mihi per iocumque dici.
Deprensos ego ter quaterque fures
Omnes, ne dubitetis, irrumabo.

1659.

Priapus ad quendam dicentem, quid velit eius hasta.

Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus, hastam,
  Oscula dat medio si qua puella mihi.
Augure non opus est: in me, mihi credite, dixit,
  Utetur veris usibus hasta rudis.

1660.

Priapus ad quendam ustulantem caput ferro.

Cum quendam rigidus deus videret
Ferventi caput ustulare ferro,
Ut Maurae similis foret puellae,
Heus, inquit, tibi dicimus, cinaede:

Uras te licet usque torqueasque,
Num tandem prior est puella, quaeso,
Quam sunt, mentula quos habet, capilli?

1661.

Priapus ad puellam quandam deformem.

O non candidior puella Mauro,
Sed morbosior omnibus cinaedis,
Pygmaeo brevior gruem timenti,
Ursis asperior pilosiorque,
Medis laxior Indicisque braccis,
Mantes hic licet, — ut libenter ires!
Nam quamvis videar satis paratus,
Erucarum opus est decem maniplis,
Fossas inguinis ut teram dolemque
Cunni vermiculos scaturientes.

1662.

Priapus ad venientes ad eius coenas.

Quicumque vestrum, qui venitis ad coenam,
Libare nullos sustinet mihi versus,
Illius uxor aut amica rivalem
Lasciviendo languidum, precor, reddat:
Et ipse longa nocte dormiat solus,
Libidinosis incitatus erucis.

1663.

Priapus ad quosdam respicientes eius mentulam.

Quod partem madidam mei videtis,
Per quam significor Priapus esse:
Non ros est, mihi crede, nec pruina,
Sed quod sponte sua solet remitti,
Cum mens est pathicae memor puellae.

1664.

Priapus ad respicientes eius carmina.

Tu quicumque vides circa tectoria nostra
Non nimium casti carmina plena ioci,
Versibus obscoenis offendi desine: non est
Mentula subducti nostra supercilii.

1665.

Priapus ad quandam puellam.

Quaedam, si placet hoc tibi, Priape,
Ficosissima me puella ludit,
Et non dat mihi, nec negat daturam,
Causasque invenit usque differendi.
Quae si contigerit fruenda nobis,
Totam cum paribus, Priape, nostris
Cingemus tibi mentulam coronis.

1666.

Priapus ad fures.

Quid hoc negoti est, quave suspicer causa,
Venire in hortum plurimos meum fures,
Cum, quisquis in nos incidit, luat poenas,
Et usque curvos excavetur ad lumbos?
Non ficus hic est praeferenda vicinae,
Uvaeque, quales flava legit Arete,
Non mala, truncis adserenda Picenis,
Pirumve, tanto quod periculo captes,
Magisque cera luteum nova prunum
Sorbumve, ventres lubricos moraturum.
Praesigne rami nec mei ferunt morum
Nucemve longam, quam vocant Avellanam,
Amygdalumve flore purpureo fulgens.
Non brassicarum fero gulosior caules
Betasve, quantas hortus educat nullus,
Crescensve semper in suum caput porrum.

Nec seminosas ad cucurbitas quemquam
Ad ocymumque cucumeresve humi fusos
Venire credo sessilesve lactucas,
Nec ut salaces nocte tollat eruças
mentamque olentem cum salubribus rutis
Acresque cepas alliumque fibratum.
Quae cuncta, nostro ut ambiamus in septo,
Non pauciora proximi ferunt horti.
Quibus relictis in mihi laboratum
Locum venitis, inprobissimi fures.
Nimirum apertam convolatis ad poenam,
Et vos hoc ipsum, quod minamur, invitat.

1667.

Priapus ad quendam furantem hortum.

Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horto,
Iam primum stator hic libidinosus
Alternis ineundo et exeundo
Porta te faciet patentiorem.
Accedent duo, qui latus tuentur,
Pulcre pensilibus peculiati.
Qui cum te male foderint iacentem,
Ad partem veniet salax asellus
Nihilo deterius mutoniatus.
Quare, qui sapiet, malum cavebit,
Cum tantum sciet esse mentularum.

1668.

Quidam deprecans Priapum.

Contentus modico Bacchus solet esse racemo,
Cum capiant alti vix cita musta lacus;
Magnaque fecundis cum messibus area desit,
In Cereris crines una corona datur.
Tu quoque, dive minor, maiorum exempla secutus,
Quamvis pauca damus, consule poma boni.

1669.

Forma pingendi Priapum.

E D si scribas temonemque insuper addas,
Qui medium D vult scindere, pictus erit.

1670.

Lamentatio Priapi, cur fures sibi subripuere falces.

Credere quis posset, falcem quoque (turpe fateri!)
De digitis fures subripuisse meis?
Nec movet amissi tam me iactura pudorque,
Quam praebent veros altera tela motus.
Quae si perdidero, patria multabor, et olim
Ille tuus civis, Lampsace, Gallus ero.

1671.

Priapus ad quendam furem ipsum deridentem.

Derides quoque, fur, et inpudicum
Ostendis digitum mihi minanti.
Heu heu me miserum! quod ista lignum est,
Quae me terribilem facit videri.
Mandabo domino tamen salaci,
Ut pro me velit irrumare fures.

1672.

De quadam anu rogante Priapum.

Cornix et caries vetusque bustum,
Turba et putrida facta secutorum,
Quae forsan potuisset esse nutrix
Tithoni Priamique Nestorisque,
Illis ni pueris anus fuisset,
Ne desit sibi, me rogat, fututor.
Quid si nunc roget, ut puella fiat?
[Si nummos tamen haec habet, puella est.]

1673.

Quicumque fur fefellerit fidem nostram,
Effeminato marceat procul culo;
Quaeque haec proterva carpserit manu poma
Puella, nullum invenerit, fututorem.

1674.

Priapus ad fures.

Praedictum tibi, ne negare possis,
Si fur veneris, inpudicus ibis.

1675.

Si, quot habes versus, tot haberes poma, Priape,
Esses antiquo ditior Alcinoo.

1676.

Priapus ad quendam colonum.

Quid frustra quereris, colone, mecum,
Quod quondam bene fructuosa malus
Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me praegravat, ut putas, senectus,
Nec sum grandine verberata dura,
Nec gemmas modo germine exeuntes
Seri frigoris ustulavit aura.
Nec venti pluviaeve siccitasve,
Quod de se quererer, malum dederunt.
Non sturnus mihi graculusve raptor
Aut cornix anus aut aquosus anser,
Aut corvus nocuit siticulosus:
Sed quod carmina pessimi poetae
Ramis sustineo laboriosis.

1677.

Priapus ad canes.

Securi dormite canes: custodiet hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.

1678.

Parum est, mihi fixi quod hic miser sedem,
Agente terra per caniculam rimas
Siticulosam sustinens diu aestatem.
Parum, quod imos perfluunt sinus imbres,
Et in capillos grandines cadunt nostros
Rigetque duro barba vincta crystallo;
Parum, quod acta sub laboribus luce
Parem diebus pervigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem deum fuste
Manus sine arte rusticae dolaverunt,
Interque cunctos ultimum deos numen
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis inpudentiae signum,
Libidinoso tenta pyramis nervo.
Ad hanc puella, paene nomen adieci,
Solet venire cum suo fututore.
Quo tot figuras, quot Philaenis enarrat,
Non admovente pruriosa discedit.

1679.

Priapus de quodam fure.

Quidam mollior anseris medulla
Furatum venit huc amore poenae.
Furetur licet usque: non videbo.

1680.

Quaedam litans Priapo.

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia mersit,
Caeditur e tepida victima porcus hara.
Ne tamen exanimum facias pecus omne, Priape,
Horti sit facias ianua clausa tui.

1681.

Priapus ad quandam pudicam.

Tu, quae, ne videas notam virilem,
Hinc averteris, ut decet pudicam,

Nimirum nisi, quod times videre,
Intra. viscera habere concupiscis.

1682.

Priapus ad fures.

*P*enelopes primam *D*idus fac prima sequatur
Et primam *C*admi syllaba prima *R*emi,
Quodcumque ex illis fit, tu deprensus in horto
Fur dabis: hac poena culpa luenda tua est.

1683.

Priapus ad rusticum quendam.

Rusticus indocte si quid dixisse videbor,
Da veniam: libros non lego, poma lego.
Sed rudis hic dominum toties audire legentem
Cogor, Homereas edidicique notas.
Ille vocat, quod nos psolon, *ψολόεντα κεραυνόν*,
Id, quod nos culum, *κουλεόν* ille vocat;
Σμερδαλέον certe nisi res non munda vocatur
Et paediconum mentula smerdalea est.
Quid? nisi Taenareo placuisset Troica cunno
Mentula, quod caneret, non habuisset opus.
Mentula Tantalidae bene si non nota fuisset,
Nil, senior Chryses quod quereretur, erat.
Haec eadem socium tenera spoliavit amica,
Quaeque erat Aeacidae, maluit esse suam.
Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen
Ad citharam; cithara tensior ipse sua.
Nobilis hinc nota nempe incipit Ilias ira:
Principium sacri carminis illa fuit.
Altera materia est error fallentis Ulixi:
Si verum quaeras, hunc quoque movit amor.
Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit,
Quem cum *μῶλυ* vocat, mentula *μῶλυ* fuit.
Hinc legimus Circen Atlantiadenque Calypso
Grandia Dulichii vasa petisse viri,

Huius et Alcinoi mirata est filia membrum
Frondenti ramo vix potuisse tegi.
Ad vetulam tamen ille suam properabat, et omnis
Mens erat in cunno, Penelopea, tuo,
Quae sic casta manes, ut iam convivia quaeras,
Atque fututorum sit tua plena domus.
E quibus ut scires, quicumque valentior esset,
Haec es ad arrectos verba locuta procos:
Nemo meo melius nervum tendebat Ulixe,
Sive fuit laterum, seu fuit artis opus.
Qui quoniam periit, vos nunc intendite, qualem
Esse virum sciero, vir sit ut ille meus.
Hac ego, Penelope, potui tibi lege placere:
Illo sed nondum tempore factus eram.

1684.

Priapus ad quendam furem.

Cum fici tibi suavitas subibit,
Et iam porrigere huc manum libebit,
Ad me respice fur et aestimato,
Quot pondo tibi mentula est cacanda.

1685.

Illusit mihi pauper inquilinus,
Qui libum dederat molamque fusam;
Quare partibus additis in ignem
Sacro protinus hinc abit peracto.
Vicini canis huc subinde venit,
Nidorem, puto, prosecuta fumi,
Quae libamine mentulae comeso
Tota nocte mihi litat rigendo.
At vos amplius hoc loco cavete
Quidquam ponere, ne famelicorum
Ad me turba velit canum venire,
Ne, dum me colitis meumque numen,
Custodes habeatis irrumatos.

1686.

Priapus ad quendam volentem capere poma.

Si commissa meae carpes pomaria curae,
Dulcia quid doleam perdere, doctus eris.

1687.

Ad Priapum quod minetur furibus.

Cura, Priape diligens, pomarium:
Furi rubricato minare mutino.

1688.

Priapus ad fures.

Quod movear, non est, quia, si furaberis ipse
Grandia mala, tibi braccica mala dabo.

1689.

Priapus in pathicas puellas.

Obliquis pathicae quid me spectatis ocellis?
Non stat in inguinibus mentula tenta meis.
Quae tamen exanimis nunc est et inutile lignum,
Utilis haec, aram si dederitis, erit.
Per medios ibit pueros mediasque puellas
Mentula, barbatis non nisi summa petet.

1690.

Priapus enarrat loca sacrata diis atque deabus.

Dodone tibi, Iupiter, sacrata est,
Iunoni Samos et Mycena, Diti
Undae et Taenaros aequorisque regi.
Pallas Cecropias tuetur arces,
Delphos Pythius orbis umbilicum,
Creten Delia Cynthiosque colles,
Faunus Maenalon Arcadumque silvas.
Est tutela Rhodos beata Solis,
Gades Herculis humidumque Tibur.
Cyllene celeri deo nivosa,

Tardo gratior aestuosa Lemnos.
Ennaeae Cererem nurus frequentant,
Raptam Cyzicos ostreosa divam,
Formosam Venerem Cnidos Paphosque.
Mortales tibi Lampsacum dicarunt.

1691.

Priapus dicit de sua potentia.

Quod sim iam senior meumque canis
Cum barba caput albicet capillis,
Deprensos ego perforare possum
Tithonum Priamumque Nestoremque.
Immanem stomachum mihi videtis,
Qui densam facitis subinde sepem,
Et fures prohibetis huc adire.
Hoc est laedere, dum iuvatis; hoc est
Non admittere ad aucupem volucres.
Obstructa est via, nec licet iacenti
Iactura natis expiare culpam.
Ergo qui prius usque et usque et usque
Furum scindere podices solebam,
Per noctes aliquot diesque cesso.
Poenas do quoque, quod satis superque est,
In semenque abeo, salaxque quondam
Non vitam perago. Quis hoc putaret,
Ut lusu citharoedus abstinerem?
At vos, ne peream situ senili,
Quaeso, desinite esse diligentes,
Neve inponite fibulam Priapo.

1692.

At di deaeque dentibus tuis escas
Negent amicas, cunnilinge vicine,
Per quem puella fortis ante, nec mendax
Et quae solebat inpigro celer passu
Ad nos venire, nunc misella Landace
Vix posse iurat ambulare prae fossis.

1693.

Priape, quod sis fascino gravis tento,
Quod exprobravit hic tibi suo versu
Poeta noster, erubescere hoc noli.
Non es poeta fascinosior nostro.

1694.

Petronii.

At non longa satis, non stat bene mentula crassa,
Et quam si tractes, crescere posse putes.
Me miserum! cupidas fallit mensura puellas,
Non habet haec aliud mentula maius eo.
Utilior Tydeus, qui, si quid credis Homero,
Ingenio pugnax, corpore parvus erat.
Sed potuit damno nobis novitasque pudorque
Esse; repellendus saepius iste mihi.
Dum vivis, sperare decet; tu, rustice custos,
Huc ades, et nervis, tente Priape, fave.

1695.

Tibulli.

Villicus aerari quondam, nunc cultor agelli
Haec tibi Perspectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis, si fas est, sancte, paciscor,
Adsiduus custos ruris ut esse velis,
Inprobus, ut, si quis nostrum violarit agellum,
Hunc tu — sed taceo; scis, puto, quod sequitur.

1696.

Tibulli.

Quid hoc novi est? quid ira nuntiat deum?
Silente nocte candidus mihi puer
Tepente cum iaceret abditus sinu,
Venus fuit quieta, nec viriliter
Iners senile penis extulit caput.

Placet, Priape, qui sub arboris coma
Soles, sacrum revincte pampino caput,
Ruber sedere cum rubente fascino?
At, o Triphalle, saepe floribus novis
Tuas sine arte deligavimus comas,
Abegimusque voce saepe, cum tibi
Senexve corvus inpigerve graculus
Sacrum feriret ore corneo caput!
Vale, nefande destitutor inguinum,
Vale, Priape: debeo tibi nihil.
Iacebis inter arva pallidus situ,
Canisque saeva susque ligneo tibi
Lutosus affricabit oblitum latus.
Sceleste penis, o meum malum grave,
Gravi piaque lege noxiam lues.
Licet querare, nec tibi tener puer
Patebit ullus, imminente qui toro
Iuvante verset arte mobilem natem,
Puella nec iocosa te levi manu
Fovebit apprimetve lucidum femur.
Bidens amica Romuli senis memor
Paratur, inter atra cuius inguina
Latet iacente pantice abditus specus
Vagaque pelle tectus annuo gelu
Araneosus obsidet fores situs.
Tibi haec paratur, ut tuum ter aut quater
Voret profunda fossa lubricum caput.
Licebit aeger angue lentior cubes,
Tereris usque, donec ah miser miser
Triplexque quadruplexque compleas specum.
Superbia ista proderit nihil, simul
Vagum sonante merseris caput luto.
Quid est, iners? pigetne lentitudinis?
Licebit hoc inultus auferas semel,
Sed ille cum redibit aureus puer,
Simul sonante senseris iter pede,
Rigente nervus excubet lubidine,
Et inquietus inguina arrigat tumor,

Neque incitare cesset, usque dum mihi
Venus iocosa molle ruperit latus.

1697.

Priapus.

Vere rosa, autumno pomis, aestate frequentor
Spicis: una mihi est horrida pestis hiems.
Nam frigus metuo et vereor, ne ligneus ignem
Hic deus ignaris praebeat agricolis.

1698.

Priapus.

Ego haec, ego arte fabricata rustica,
Ego arida, o viator ecce, populus
Agellulum hunc sinistra, tute quem vides,
Herique villulam hortulumque pauperis
Tuor malasque furis arceo manus.
Mihi corolla picta vere ponitur,
Mihi rubens arista sole fervido,
Mihi virente dulcis uva pampino,
Mihi glauca duro oliva cocta frigore.
Meis capella delicata pascuis,
In urbem adulta lacte portat ubera,
Meisque pinguis agnus ex ovilibus
Gravem domum remittit aere dexteram,
Teneraque matre mugiente vaccula
Deum profundit ante templa sanguinem.
Proin, viator, hunc deum vereberis
Manumque sorsum habebis. Hoc tibi expedit:
Parata namque trux sine arte mentula.
Velim pol, inquis: at pol ecce! villicus
Venit, valente cui revolsa brachio
Fit ista mentula apta clava dexterae.

1699.

Priapus.

Hunc ego, iuvenes, locum villulamque palustrem,
Tectam vimine iunceo caricisque maniplis,
Quercus arida, rustica fabricata securi,
Nutrivi magis et magis, ut beata quotannis.
Huius nam domini colunt me deumque salutant,
Pauperis teguri pater filiusque *coloni*,
Alter adsidua colens diligentia, ut herba
Dumosa asperaque a meo sit remota sacello,
Alter parva ferens manu saepe munera larga.
Florido mihi ponitur picta vere corolla,
Primitus tenera virens spica mollis arista,
Luteae violae mihi luteumque papaver
Pallentesque cucurbitae et suaveolentia mala,
Uva pampinea rubens educata sub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi (sed tacebitis) aram
Barbatus linit hirculus cornipesve capella.
Pro queis omnia honoribus haec necesse Priapo
Praestare et domini hortulum vineamque tueri.
Quare hinc, o pueri, malas abstincte rapinas.
Vicinus prope dives est negligensque Priapus.
Inde sumite. Semita haec: deinde vos feret ipsa.

1700.

Catulli.

Hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
Qua domus tua Lampsaci est, quaque silva, Priape:
Nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia caeteris ostriosior oris.

1701.

Ad Sabellum.

Hortis Hesperidum, Sabelle, cultis
Nostrae cultior hortus est puellae.

Mirari o bone desinas, Sabelle:
Hortorum deus ipse nam Priapus
Cunctis hunc fodit et rigat diebus.

1702.

Hortorum custodi, vigili, conservatori propaginis villicorum.

Dum tua pomiferum custodia proteget hortum,
  Terror et infestis furibus inguen erit,
Lampsacios melior non inbuet hostia cultros
  Quam veniet nostra victima caesa manu.

1703.

Quidnam, quid rapis, o puella furax?
Ne ramos traheres, tibi haec ferebam.
Sed posthac caveas, feras quid horto:
Obduxi licet arma, sum Priapus.

1704.

Genio numinis Priapi potentis pollentis invicti Iul. Agathemerus Aug. lib. a cura amicorum somno monitus.

Salve, sancte pater Priape, rerum,
Salve, da mihi floridam iuventam;
Da mihi, ut pueris et ut puellis
Fascino placeam bonis procaci
Lusibusque frequentibus iocisque
Dissipem curas animo nocentes,
Nec gravem timeam nimis senectam,
Angar haud *miser*ae pavore mortis,
Quae ad domus trahet invidas *Aver*ni,
Fabulas Manes ubi rex coercet:
Unde fata negant redire quemquam.
Salve, sancte pater Priape, salve.

Convenite simul, quot estis, *omnes*,
Quae sacrum colitis *ne*mus, *pu*ellae;
Quae sacras colitis *a*quas, puellae,
Convenite, quot estis, atque bello
Voce dicite blandula *Pria*po,
Salve, saucte pater Priape, rerum.
Inguini oscula figite, inde mille
*Fascin*um bene olentibus coronis
Cingite illi, iterumque dicite omnes
Salve, saucte pater Priape, rerum.
Nam malos arcens homines cruentos,
Ire per silüas dat ille vobis
Perque opaca silentia incruenta.
Ille fontibus arcet et scelestos,
Inprobo pede qui sacros liquores
Transeunt faciuntque turbulentos,
Qui lava*nt*que manus, necante multa
Invocant prece vos, deae pue*llae*.
O Priape, fave alme, dicite *om*nes
Salve, sancte pater Priape, *salve*.

O Priape, potens amice, salve,
Seu cupis genitor vocari et auctor
Orbis aut physis ipsa Panque, salve.
Namque concipitur tuo vigore,
Quod solum replet aethera atque pontum.
Ergo salve, Priape, salve sancte.
Saeva Iupiter ipse te volente
Ultro fulmina ponit atque *se*des
Lucidas cupidus suas relinquit.
Te Venus bŏna, fervidus Cupido,
Gratia et geminae colunt sorores
Atque laetitiae dator Lyaeus:
Namque te sine nec Venus *placens* est,
Gratiae illepidae, Cupido, Bacchus.
O Priape, potens amice, salve.

Te vocant prece virgines pudicae,
Zonulam ut solüas diu ligatam,
Teque nupta vocat, sit ut marito
Nervus saepe rigens potensque semper.
Salve, sancte pater Priape, salve!

ANNOTATIONES

AD TOMUM SECUNDUM

ANTHOLOGIAE LATINAE.

876.

Anth. III. 1. Wernsd. Poet. T. IV. p. 533. *De Troiae ruina* mss. Voss. Scal.

1. *succussa*] *succisa* vel *succissa* mss. Voss. Scal.

5. *famae*] *formae* Oudend. Schrader. Add. T. II. p. 731. Conf. ep. 877, 2.

877.

Anth. III. 2. Wernsd. T. IV. p. 534. *De Athenis* mss. Voss. Scal.

2. *famae*] *formae* Schrader. Add. T. II. p. 731.

4. *regnaque*] urbs Athenarum a diis orbem terrarum dividentibus non uni tradebatur, sed cunctis communis erat. — *regia partitis* Scalig. Heins. *rixane* (*rixaque*) *partitis* Hemsterhusius ad Luciani Contemplantes c. 23. T. III. p. 410 ed. Bipont. *Dignane* (*dignaque*) *partitis* Oudend. *Praedaque partitis* Jacobs. Spec. Emend. p. 80.

5. *Agamemnonias arces*] Mycenas.

6. *heu-iaces*] *haec iacet* ms. Voss.

7. *hae*] *haec* ms. Scal.

8. *magna sepulcra*] *parva sepulcra* Tollius. Christius.

878.

Edidit A. Maius atque Duebnerus. *De eadem urbe Roma* ms. Goth. Hoc epigramma ad Museum quoddam pertinet, in quo imagines virorum clarorum Romanorum collocatae erant.

2. *hic*] ms. Goth. Deest in ms. Vatic.

4. *dedit*] *dabit* ms. Goth.

5. *grandia*] ms. Goth. *inclyta* ms. Vat.

879.

Anth. III. 3. Wernsd. Po. T. IV. p. 536.

1. *quae fuerim*] Heins. Nec aliter legitur in Hildeberti elegia altera *de Roma*, quae ex versibus vetustorum poetarum plerumque consuta est;

eiusque initium in Lessingii Opp. T. XIV. p. 383. extat, ubi inter alios versus hos quoque excerptos vides:

Cesserunt arces, cecidere palatia divûm,
servivit populus, degeneravit eques.
Vix scio, quae fuerim, vix Romae Roma recordor,
vix sinit occasus vel meminisse mei.

quae fueram vulgo *quid fuerim* B.

2. *regnis*] *tectis* vel *templis* Heins.

3. *cesserunt*] *sederunt* Ruhnkenius in Epist. mutuis Ruhnken. et Valckenaerii edd. a Mahne 1832. p. 122. „*nam sedere exquisite dicitur pro desidere, cadere. Tacit. Ann. 2, 47. sedisse immensos montes.*" — Vulgata in Hildeberti quoque elegia legitur.

880.

Edidit Duebnerus e cod. Gothano, in cuius margine adscriptum est *Appianus.*

881.

Anth. III. 4. Wernsd. Poet. T. IV. p. 536. Recens esse epigramma ex Keysleri Itinere p. 535. apparet.

2. *inmunis*] i. e. iners, unthätig. Cicero de amicitia c. 14. *Non est enim inhumana virtus neque inmunis neque superba.*

3. *patribus extinctis*] ms. Goth. ap. Duebnerum. *defunctis patribus* vulgo.

882.

Anth. III. 6. Wernsd. Poet. T. IV. p. 554.

3. *ipse*] *iste* Wakefield. ad Lucret. V. 1063.

formae] *famae* Piersonus Add. T. II. p. 731.

4. *superbit*] *superstat* Wernsd.

5. *confringant*] *quae duro confringant dente* Wakef. *confringunt* Oudend. *confirmant* vulgo. *consumunt* B.

883.

Ex Addendis Burmanni ad T. I. p. 740., qui addit: *Licet elegans epigramma sit, antiquum tamen esse dubito.*

884.

Anth. III. 19. Wernsd. P. L. Min. T. IV. p. 555. Asulam, castellum ad fluvium Clusium (v. Mannert. Italia T. I. p. 119.), Brixiani everterant a. Chr. 1125. Post ea tempora restitutis muris inscriptio haec facta est, ut Reinesius in Inscriptt. p. 275. indicat.

885.

Anth. III. 20. Wernsdorf. l. l. p. 356. *De Trevirensium urbe* inscribitur in Bedae Opp. T. I. p. 538. ed. Hervag. a. 1563. Conf. B. in Add. T. II. p. 732.

1. *Nini*] prima longa ut II, 3, qua ex causa Schraderus illud epigramma apurium esse censebat.

Semiramis] prima longa, secunda brevi, aliter II, 4. *sum clara Sēmīrămīs.*

5. *insignem*] huic versui subiiciuntur apud Bedam alii quinque valde inepti. Sed totum omitti debebat.

886.

Anth. III. 22. In Vaticana collect. Inscriptt. Christ. p. 327. Wernsd. Poet. T. IV. p. 557. Albingaunum sive Albinga hodie vocatur Albenga. Mannert. Ital. T. I. p. 276. Huc pertinent, quae Ruhnkenius in Dissert. de Galla Placidia p. 50 scripsit. „Memoria Constantii, inquit, duobus vetustis monumentis conservatur, quorum alterum in Italia Albingae, alterum in Germania propter Augustam Trevirorum est repertum. Albinga quidem uti antiquitate, ita excellentia quadam alia supra reliquas quondam eminuit civitates. Hunc ei honorem Constantius tribuit tum, cum in constituenda Liguria a Gothis devastata versaretur. De quo nos quidem dubitare non sinit carmen marmoreae tabulae incisum, quod a Ferd. Ughellio in Italia sacra in Episcop. Albingaunensibus p. 1261. T. IV. (p. 911. T. IV. edit. 2dae Venet. 1717.) iuris est publici factum. Veraua autem ad Constantium Honorio collegam imperii (a. p. C. 421.), non ad Constantinum M. filium referri debent."

2. *dum*] *cum* in Vatic.

constituit] Vatic. Ruhnk. *restituit* vulgo.

3. *cinxit*] Ruhnk. *dixit* vulgo, nec aliter in Vatic. et ap. Wernsd.

4. *iura*] *cura* Ruhnk.

8. *titulos*] *titulo limina nostri* Vatic.

10. *murum*] opposuit hostibus murum suo de nomine dictum. — *manum nominis apposuit* Ruhnk.

887.

Anth. III. 23.

2. *Suessae*] Muratori T. II. p. 1083. 1. Schrader. Add. T. II. pag. 732. *Suesso* vulgo.

888.

Anth. III. 24. In Inscriptt. Orellii n. 1162. Nibby Viaggio antiquario T. I. p. 73.

3. *calcamus*] *miramur* ms. Moroni Add. T. I. p. 740.

rapidas] *rabidas* Wakefield. ad Lucret. III. 1045. *rigidas* P. Camerarius.

iratae] *iratum* Camerarius.

4. *spernere*] Camerarius. Wakef. *cernere* vulgo.

6. *Narsim*] ms. Moroni. *Narsin* vulgo. *Narsen* Camerar.

7. *subdere mentes*] *subdere gentes* ms. Mornni. *frangere vires* Camerar. *fundere gentes* vel *ducere mentes* B. Add. T. II. p. 732.

889.

Anth. III. 26. In Schradaei Mnnum. Ital. p. 198. inscribitur *in fonte ante S. Mariam Transtiber.* Burm. inscribendum pntat *in balneum Lupi* eundemque intelligit, cuius balnea non semel memorat Martialis. Epigramma recens esse suspicor.

5. *animumque suum*] verum erat *animumque eius*. Sieh' auf das Geld, das Lupus auf Herstellung des Brunnens verwandte, und auf seine wohlwollende Gesinnung, und sage: ist er ein minder gütiger Vater als Lupa eine gütige Mutter einst war?

Romule] i. e. o Romani.

6. *Lupa*] Lupus hic bonitate animi non minus excellit quam Lupa, quae olim Romulum tantis beneficiis affecit.

890.

Anth. III. 29. In Orellii Inscriptt. n. 2591. Mnrcelli Opp. Epigraph. T. I. p. 454. Versus trimetri.

1. *vitrea pila*] pilae antea e corio aut aluta, vitreae nondum nsurpatae erant. Ars vero in eo posita est, ut, cum pilam ultro citroque versarent, redderent, retorquerent, minime ea tamen frangeretur. Morcelli.

6. *ego sum. Ovantes*] elisio negligitur.

8. *multo atque*] Hiatus inter *multo atque* negligitur.

marcido] unguentum marcidum est, quo qui utuntur marcidi fiunt languentesque, ut Claudianus bell. Gild. 444. *marcidus ibit unguentis.* Morcellus. *nardino* Ruhnkenius ad Rutil. Lup. p. 112. inprobante Marinio in Actis fratr. Arv. T. II. p. 423. *Parthico* B. Add. T. II. pag. 733.

10. *Falernum aut*] elisione neglecta. Vinum Setinum a Setia oppido dictum, celeberrimum erat. Mannert. Italia T. I. p. 641.

11. *vivo*] Ludicrae huius exercitationis inventor Ursus statuam senex videtur meruisse, qui sibi vivo ac volenti coronas poscit et libationes de Lucii Veri patroni sui apotheca, quam, quia puer mancipium eius fuerat, *dominicam* appellat. Morcellus.

dominica] secundam syllabam poeta produxit.

13. *scholasticum*] scholasticus est elegans politusque e schola. Hoc enim sensu a Severo Alexandro Maximini filius adolescens pulcher et scholasticus dictus est. Capitolinus in Maximin. Iun. c. 3. et de Serapinne scripsit Hieronymus de vir. ill. p. 99. *Serapion ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit.* Mnrcellus.

18. *Vero*] Lucius, Aelii Veri filius, tertium consulatum accepit a. u. 920. p. C. 167. Hic e Syria secum adduxit fidicinas et tibicines et histriones scurrasque mimarios et praestigiatores et omnia mancipiorum

genera, quorum Syria et Alexandria pascitur voluptate (Capitolin. Verus c. 8.), ut ex horum grege Ursus quoque fuisse videatur. Morcellus.

19. *exodiarius*] nos Hanswurst.

891.

Anth. III. 15. *De circensibus* ms. Salm. Circus sive hippodromus describitur.

2. *ad numeros*] Barth. Adv. XVII. 3. *et numeros* vulgo. Circus ad formam limitis aetherei constructus dicitur, quia totidem ostia, quot signa coelestia.

3. *duodeannigenas*] *duodecim annis genas* mss. Voss. Salm. Thu. *duodena vagos* vel *duodenigenas* Heins. Duodecim ostia seu portae circi indicant duodecim menses et duodecim signa coelestia, quae sol quotannis pervagatur.

4. *meat-astra*] *mea* ms. Voss. Salm. *quaeque meat, ceu sunt* vel *sint, aureus astra iubar.* Barth. In ms. Thuan. *atra.*

5. *referunt*] ms. Salm. *reserant* vulgo.

6. *aptat*] ms. Salm. Heins. *aptet* vulgo.

7. *cardinibus*] *carceribus* Schrader.

quadrigas] Heins. *quadrigis* vulgo.

8. *iubet*] ms. Salm. Heins. *iuvat* vulgo.

9. *repagula currus*] Heins. Salmasius ad Solinum p. 649. *recula* ms. Salm. *repagula cursus* vulgo.

10. *cogitat*] Schrader. *cogitur* vulgo.

prior] *prius* ms. Salm.

11. *tendunt*] *condunt* ms. Thuan.

12. *docent*] *ducunt* ms. Salm.

13. *atque his*] Salmasius ad Solin. p. 639. *namque his* vulgo.

euripus] Axes gemini sunt geminae metae, quibus euripum quasi magnum aequor dicit interiacere. Euripus ergo inter metas iacebat, longe utique a lateribus, quibus olim circumdatus fuit fossa ducta. Ac siccus erat et sine aqua, imo aliquid eminens magis habuit quam depressum. Igitur, quando hoc spatium inter metas iacens euripi nomen habere coepit, maris imagine censeri non potuit nisi de solo nomine. Salmasius l. l. p. 639.

interiacet] ms. Salm. *interiuvet* ms. Voss. *intervenit* vulgo.

14. *summa obeliscus adit*] *summus obliscus abit* Salmas. ad Solin. p. 639. Tres obelisci superioris metae Saturno, Iovi et Marti dedicati, tres inferioris metae Mercurio, Veneri, Lunae; medius, qui et maximus, Soli consecratus. Salmas. l. l. p. 641.

15. *claudunt*] ms. Salmasii et Salmasius ipse ad Solin. pag. 638. Septem curriculis confectis praemia victori decernenda finiunt certamina. *claudunt c. planae* ms. Thu. *condunt* vulgo.

16. *quod-sorte*] mss. Salm. Thu. *quot-forte* vulgo.

17. *Lunae*] In medio circo multae statuae, arae, vasa; Luna in biga, Sol in quadriga, Castores equites.

18. *simpli*] i. e. singuli. *singli* J. F. Gronovius.

19. *nostra spectacula*] ms. Salm. *nostrae spect.* ms. Thu. *nostra haec spectacula* vulgo.

20. *deum*] deest ms. Thu.

892.

Anth. III. 33. *de termiaTianarum* ms. Thuan. In Vaticana Collectione Inscript. Christ. pag. 350. inscribitur *Carthagine in thermis Gargilianis seu Alianis ab rege Vandalorum Thrasamundo conditis.* Epigramma ἀκροστιχίς; in litteris enim initialibus *Thrasamundus*, in ultimis *Vota serenans* legitur. De thermis Alianis, quarum situs incertus, disserit Meermannus ad Luxor. 85, 20.

1. *tranquillo*] *tranquillum* mss. Salm. Leid.

decurrite] Anth. III. 41, 13. *Discurrunt Nymphae, piscinas flumina complent.*, unde Schraderus Add. T. II. p. 733. ex alterutro loco alterum corrigendum esse iudicavit.

2. *huc proba* etc.] Oudend. *hic Proba flagranti succedit vimine flebo* vulgo. *hic proba flagranti succedite numine foebo* mss. Salm. Leid. *hic rota flagrantis succedit lumine Phoebi* Heins. Pro *proba numina* malim *pia numina.*

4. *totis*] *Aequanturque polo tectis praecelsa lavacra.*
Sedibus hic magnis exardent etc. In Vatic. Coll.

6. *sublimes*] *sedibus* ms. Salm. *sublimes* et *sidereae* a m. 2da.

praecingunt] Schrader. *praevincunt* vulgo.

7. *muneraque*] *quae* mss. Salm. Leid. *eximii ustanti dant luminis* ms. Thu. *liminis* Heins.

8. *unica*] *uni* ms. Thu. In Vatic. collect.

9. *non hic*] totus versus corruptus. *non hic flamma nocet botum dinucite carmen* mss. Salm. Leid. *non hic flamma nocebo tumdentiscite carmen* ms. Thu. *non hic flamma nocet, tantum modo discite carmen.* Schrader.

10. *quanto*] *quanta* ms. Thu. In Vatic. coll. *quant vibat* ms. Salm.

11. *Vandalicum*] *Vandalico* Heins. *claro* ms. Leid.

12. *factis*] *facti* Vatic. coll.

893.

Anth. III. 30.

1. *Apono*] Aponi fontem describit Claudianus.

894.

Anth. III. 31. Bellatoris nomen alibi quoque apud Gruterum pag. 609, 3. occurrit.

2. *rudibus*] rudes moles esse novas, recens structas, docet Ruhnkenius in praef. ad Schelleri Lexicon.

molibus] *mollibus* mss. Div. Leid.

3. *rura*] H. *pura* vulgo. *dura* ms. Almelov. Supplendum est *erant* ad *praestantia*.

4. *tecta*] Oudend. *tactum* mss. Salm. Div. *lucra* B.

glebula] *glibula* ms. Salm. *gibula* ms. Leid.

7. *mutant*] *mutans* mss. Salm. Leid.

8. *cum*] *nunc* Oudend. An *nam?*

9. *Tethyos*] B. *Tetidos* ms. Salm. (non *Thetidos*, ut ait B., saepe Heinsianis schedis deceptus. Boissonad. ad Nicetae lib. IV. 147.) nec. inprobat prorsus hanc formam idem Boissonadius: qua in re ei non assentior. — *Thetidos* vulgo. *Tathys* et *Thetis* in mss. et ab interpretibus saepe confunduntur, etsi quantitate distant. *Arva Tethyos* significant mare.

895.

Anth. III. 39.

896.

Anth. III. 40.

1. *Phoebi nuper dicata*] legendum *Phoebo nuperque dicata.* — *Phoebo tecta novem nuperque dicata Camanis.* Heius.

3. *manserunt*] *maduerunt* scil. rore Castalio. Oudend.

4. *laeta-Cypris*] syllaba brevis in medio pentametro tum alias tum in hac Anthologia frequens occurrit. — *laeta-siti* mg. ms. Leid. Salmasius. Oudendorp., ita ut *hic* sit Baechus.

897.

Anth. III. 42.

2. *haud*] *aut* ms. Leid.

3. *pulchras formas*] i. e. lacunaria picta sunt. Die Decke ist schön ausgemahlt.

5. *lumina*] oculos.

8. *fovebit*] *fobit* mss. Salm. Leid.

898.

Apud Orellium n. 4517. et Morcelli Opp. Epigraph. T. II. p. 230. Sisenna Taurus et Scribonius Libo consules fuere a. u. 769. post Chr. 16. Hac inscriptione Gaa et Patiens, Titi Coccei liberti, quaestores docent, cepotaphium se patroni instruxisse, ornasse, ampliasse.

899.

Anth. III. 43.

2. *viros*] ms. Div. mag. mss. Salm. Leid. *vitae* mss. Salm. Leid. *viae* H.

3. *fruitur, capit et sua*] ex ms. Gudii Lessingius in Opp. T. XIII. p. 356. *laude operis fundi capiet sua* vulgo.

5. *versus primordia*] Burmannus inde conditorem balnei Faustum vocatum putat; Wernsdorfius vero in Poet. T. V. p. 9. litteris tribus prioribus primae vocis FAVSTA nomen Festi Avieni exprimi atque designari Aquam Caesiam, quae Festo Avieno reparata et denno publicis usibus dedicata et Festa Aviena vocata sit; idque ex alio quoque epigrammate patere dicit, quod n. 278. vel in Anth. I. 79. legitur. Aqua Caesia in Umbria sita est.

7. *pontivagi*] i. e. ii, qui vagantur per mare, qui mari gaudent, nautae. In Appendice tantum Forcellinii hoc vocab. extat.

900.

Anth. III. 44.

901.

Anth. III. 45.

902.

Anth. III. 46.

4. *reddi*] *haec radiis poterunt, Phoebe, calere tuis* Oudend. *hoec reddi poterunt Phoebe calore tuo* ms. Div. *haec reddi potuerunt Foebi vapore suo* ms. Leid. *haec r. poterunt P. vapore suo* ms. Salm. *Incendi haec poterunt, Phoebe, calore tuo* B.

903.

Anth. III. 47.

3. *in angusto*] mg. ms. Div. *congusto* mss. Salm. Div. Almel. Leid. Hiatus inter *angusto erexit* non vitatur.

4. *foetibus hortus*] ms. Div. *fedibus ortus* mss. Sal. Alm. *fedibus s ortu solet* ms. Leid.

5. *natura*] *fortuna* B. inprob. Klotz. Antib. p. 111.

904.

Anth. III. 48.

1. *succinctis-Baiis*] mit einem kleinen Baiä.

2. *Urbanus-vita locos*] corruptum. *Urbanos callens fundere vita lacus* Heins. *Urbani c. f. vita lacus* Oudend. Ego sedem vitii in illis *fundere vita locos* esse duco.

4. *germine*] Schrader. Add. T. I. p. 740. *gramine* vulgo. — *germina* fructus omnis generis significant.

905.

Anth. III. 49.

2. *tepidus*] *tepidibus* mss. Sal. Leid. *Ne tepidus reddat* explica: sed cave, ne vapor membra nimis afficiat.

906.

Anth. III. 60. *De bono vitae humilioris* mss. Voss. Scal.

1. *fenus s. c. parvum*] i. e. exigua, legibus concessa, usura. *Fert mihi rus patrium foenus s. c. parvum* B. *Est m. r. parvum, parvum s. c. fenus* Aut. de Rooy Add. T. II. p. 734.

2. *quies*] i. e. aber die Ruhe des Gemüthes macht dieses beides zu grossem Besitzthum.

3. *trepidans-servat*] B. *trepidas-servant nec timeat* mss. Voss. Scal. *pacem animus nulla trepidus formidine servans Non timet* vulgo.

5. *castra*] *curia alios operosa vocet* Ant. de Rooy.

vocent] i. e. adliciant. *iuvent* Piersonus Add. T. II. p. 734.

sellaeque curules] *sillaeque rurales* mss. Voss. Scal.

6. *gaudia*] *grandia* mss. Voss. Scal.

movet] *movent* mss. Voss. Scal. *fovet* H. inprobante Oudend. Add. T. II. p. 734.

907.

Anth. III. 66. *De vita humiliori* mss. Voss. Scal.

1. *monebas*] *monebo* Klotz. Antib. p. 115.

4. *perspicuum*] *conspicuum* Heins.

908.

Anth. III. 67.

3. *devita*] *evità* B.

vivus fuge] B. ut III. 69. *fuge* pro *cole* ex mss. emendari debet. Fliehe weit von ihnen, so lange du lebst. *longe reges cole* Oudend. Add. T. II. pag. 735. *longe vivens cole* Scriver. *longe vivos cole* H. *longe cautus fuge* Cannegieter. *longe vivus cole* vulgo.

909.

Anth. III. 68.

1. *tua sit semper*] *semper tua sit* mss. Voss. Scal.

2. *noveris*] *foveris* H.

910.

Anth. III. 69.

1. *et amic. omnes fuge*] mss. Voss. Scal. *et amic. omnes cole* vulgo. *vive ab amicitia procul omni. Verius hoc est* etc. Oudend. Add. T. II. p. 735. *cole* pro *fuge* errore librariorum eodem, quo supra III. 67. *vivus cole.*

2. *effuge*] *et fuge* ms. Scal. *i, fuge* H.

3. *est*] *et* ms. Voss. *et mea mors tetris* ms. Scal. *est* vel *en mea sors testis* H.

5. *fugere fragorem*] *urguente fragore* vel *fugere fragori* H.

7. *I nunc*] H. *nunc et reges tantum fuge* mss. Voss. Scal. omisso *I.* — *nunc etiam reges tantum fuge* Scal. *Nunc et non reges tantum fuge* vulgo.

8. *moriere*] *moriare* mss. Voss. Scal.

911.

Anth. III. 70. *de vitiis* (*de divitiis* B.) *et inhonesto animo* mss. Voss. Scal.

1. *quod tua*] *quod tu mille domos* ms. Voss. *quod tibi* H.

4. *crusta-pretiosa*] i. e. Mosaik. Conf. Mülleri Archaeolog. p. 394. *solum*] *locum* ms. Scal. *lacum* Scal.

5. *circa dives tegit*] *citro dives tenet* H.

6. *beate*] *evatate* ms. Voss. *vatats* ms. Scal. *Batave* vel *beate* Scal. *baratre* Is. Vossius.

7. *claudant*] *condant* B. *clarant* Wakef. ad Lucret. III. 36. „vulgo *claudant*: sit autem, si mavis, *clarent*; sed, uti dedimus, solent recentiores.“

912.

Anth. III. 73.

4. *nil nisi*] Heins. *nil ubi* vulgo. *Res sapiunt*, *sensus nil*, *ubi pauper*, *erit*. Oudend.

5. *numi*] Ruhnk. ad Rutilium p. 53. B. Add. T. II. p. 736. *nomen* vulgo.

10. *ut gratis*] i. e. ut ultro crimen committere amet.

913.

Anth. III. 65. *De bono quietae vitae* mss. Voss. Scalig.

1. *rate*] *vage* vel *vagi* Oudend. Add. T. II. pag. 735. *rates* mss. Voss. Scalig. *rate ex* Scaliger.

2. *putris*] *turpis* mss. Voss. Scal.

7. *colla*] ms. Scal. *corda* vulgo. Wakefield. ad Lucret. III. 295.

10. *rutilis-comis*] Scaliger. *rutilis crocis* mss. Voss. Scal. *nitidis crocis* vulgo. *niveis comis* I. Tollius.

India nigra] *Inda nigella* vel *Indica nigra* Oudend.

914.

Anth. III. 76. Salmasius ad Hist. Aug. Scriptt. T. II. p. 742.

1. *calculus*] *ancipitis sub iactu cauculus astat* ms. Salm. *ancipitis* m. Thuan. 8071.

2. *rubens*] *robens* ms. Salm. *provens* ms. Thuan.

3. *et quamvis*] Salmasius ad Hist. Aug. l. l., qui ibidem *scripta* explicat. — *parilis scriptorum tr. currat.* mss. Salm. Thuan. *qui quamvis* vulgo. Duodecim scripta sive lineae in tabula erant, per quas calculi currebant.

4. *capiet*] *his capiet* ms. Salm. *capiat* vulgo. *his* ms. Thuan.

915.

Anth. III. 77. Salmasius ad Hist. Aug. Scriptt. T. II. p. 744.

2. *tesserulas*] *literulas* ms. Salm.

3. *discordans*] i. e. discolor. v. vers. 10.

5. *hic proprium*] *hic proprium faciunt et furtiva periclum* ms. Salm. *Ambiguum faciunt ars et fortuna periclum* ms. Scriverii. B.

6. *haec cavet*] *haec abet adversus* ms. Salm.

7. *talis*] *malis formola bellis* ms. Salm. *malis formo labellis* ms. Leid.

9. *vario exercent*] mss. Salm. Div. Leid. hiatu relicto. *vario tum exercent* vulgo. *Exercent vario ludentes praelia fato.* Oudend. *talo* mss. Salm. Div. Leid. *fato* vulgo.

11. *avide*] *avida* mss. Salm. Leid.

13. *nimium*] *nimie* mss. Salm. Div. *nimiae* ms. Leid.

916.

Anth. III. 14. In ms. Salmas. et Leidensi inter Luxorii epigrammata legitur. *De amfiteatro in villa vicina mari fabricato.* mss. Salmas. Leid.

2. *insignes*] *igneas* ms. Salm. *indigenas* Heins. *ignotas* B.

3. *labores*] *laborem* mss. Salm. Leid.

917.

Anth. III. 79.

3. *ac sollers*] Oudend. Add. T. II. p. 736. *hac sollers* vulgo.
sistentes] *sistunt se* Oudend.

4. *buxis*] *buceis* Oudend.

5. *punctis faventibus*] *punctis fautricibus* Oudend. *punctisque faventibus* B.

6. *Fridas*] Frido principi cuidam Vandalorum epithalamium dixit Luxorius ep. 86. Sed totus versus non liquet.

7. *hac siduit*] *Assidue et similes mittuntur semper in imo,*
utque deus dederit, se praefert inscius artis. Oud.

10. *atque iners*] *atque ut iners* Oud.

13. *ac sollers*] Oud. *hac sollers* vulgo.

918.

Anth. III. 80. Hendecasyllabi.

2. *quae more vis*] corruptum. *quem more vos* ms. Div.

5. *probante Vero*] imperatore.

919.

Anth. III. 98. ex Barthii Adv. XXIII. 22.

920.

Anth. III. 106. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 197 et 298. Ex Barthii Adv. XL. 18.

3. *veneramur*] Piersonus Add. T. II. p. 738. *venamur* vulgo.

5. *o qui*] i. e. o qui caput meorum *cs.* Wernsd.

6. *miseri-tui*] *mei* B.

8. *adversis*] Schrader. Add. T. II. p. 738. Wernsd. *adversus* vulgo.

13. *functo corpore*] iunge *functo corpore avi antiqui.* Sed v. 13—16. obscuritate laborant.

21. *adblandiar*] Wernsd. *abblandiar* vulgo. *eblandiar* Oudend. Nam adblandiri vel abblandiri ne in glossario quidem Ducangii reperitur.

27. *simul*] Wernsd. *semel* vulgo.

nos] *res* Oudend.

34. *auxilio*] an *auxilium?*

37. *non nisi in omnibus*] *non in millibus uni est* B.

46. *facta brevi constant*] ab iis, qui multum promittunt, facta brevia plerumque fiunt.

non repetenda] i. e. non comparanda verbis.

47. *in somnis*] i. e. was man gewöhnlich im Schlafe von den Göttern verlangt, das erfährt der Arme, wenn er seine Brüder um Hülfe bittet. Nähmlich beide schenken kein Gehör.

60. *quae tulit, hora, caput*] non eadem hora Pompeium occidit, quae gloria circumdederat.

62. *quae ruit*] *Illa illum extinxit, campis congressa Philippis*
Caesarea populum qua ruit, hora, manu.
Wernsd. Non assentior, sed *congressa* potius vitiosum.

78. *ferunt*] *ruunt* B.

79. *internis calidus*] Oudend. *callidus internis* vulgo.

80. *cum posita*] sic(tum) iacet diruta et collapsa rupes gravis cum arce, quae in ea posita est. Wernsd.

84. *adverso*] B. *averso* vulgo.

91. *Peligni poetae*] Ovidium intelligit, qui in Amor. lib. III. el. 15. dicit: *Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,*
Pelignae dicor gloria gentis ego.

97. *possit*] *prosit* Oudend.

110. *manu*] i. e. mantu.

120. *Nepos*] non liquet.

127. *varus*] B. *rarus* vulgo. *Aperta* i. e. nuda B. Add. T. I. p. 743.

133. *Anguibus*] Schrader. Add. T. II. pag. 739. *Languidus* vulgo.

142. *positis arma*] non liquet.

144. *in nostro*] *e nostro* B. Add. T. II. p. 739.

921.

Anth. III. 116.

922.

Anth. III. 117. Carmen malum.

923.

Anth. III. 160.

7. *maligna*] non liquet. Klotz. Antib. p. 126.

924.

Anth. III. 180. Numerus horum versuum, si versus revera erant, dissolutus est. In graecum vertit Salmasius ad Hist. Aug. T. II. pag. 818.

1. *pendere cum via*] *pendere in via* Oudend. Add. T. II. p. 744. Si delebis *cum*, versus hexameter prodibit.

925.

Anth. III. 190. *De electione coniugis* mss. Salm. Divion.

1. *vultu*] *vultus coniunx* ms. Thuan. *vita* Piersonus Add. T. II. p. 745. *vultu virgo* ms. Div.

habenda] *amanda* Klotz. Antib. p. 127.

2. *nullo*] Schrader. Add. T. II. pag. 745. *multo* vulgo. *multa* ms. Thu. *Horrida non facies multo celatur ab auro.* Klotz.

3. *qui*] *si* ms. Thu.

4. *ipse* etc.] *horritet ipse suam, feditas dissolvet amorem* ms. Salm. quod nescio an verum sit, etsi *horritare* novum verbum, *feditas*que prima brevi inauditum sit. Sed in Luxorii epigrammatis *quēsumus, prēmium, Ēgyptiacus* vidimus. Conf. adnot. ad ep. 325. et Addenda ad eundem locum. — *horret et ipse suam, feditas* mss. Div. Thu.

dissolvet] *dissolvit* ms. Div.

5. *illa*] *sequitur illa calens* mss. Salm. Div. Thu. *illa calens sequitur* B. *dorsum* deest in ms. Thu.

iste] *ille* ms. Thu.

6. *clunem* ms. Salm. Oudend. Schrader. Add. T. II. p. 745. *suras* vulgo. Conf. Iuvenal. Sat. 6, 334. *cogetur fervore suo clunem submittere asello* mss. Div. Thu.

7. *biforme*] *biformem* ms. Div. Thu. *turpi (monstrum!) paritura biformem* B.

8. *quemque*] *quem mater ipsa suum timeat contingere natum* mss. Salm. Div. Thu. *quemque suum mulier timeat pertingere* n. vulgo.

926.

Anth. III. 276.

2. *fecerat adventu sonitum*] Schrader. Add. T. II. p. 750. *fecerat et ventum et sonitum* vulgo.

5. *adstantis pueri*] non liquet. *adstantis putei* in Collect. Pisaur. T. IV. p. 504.

10. *umbracula*] Piersonus Add. l. l. *miracula* vulgo.

12. *o iucunda nimis*] i. e. o gratissima Cythera, quae ad me, poetam pauperem, venire non recusasti. — *o iuc. quies* B.

927.

Anth. III. 50.

2. *Pontica in balnea*] haud procul ab Amasia, capite Ponti, balnea celeberrima erant. Mannert Geogr. T. VI. P. 2. p. 465.

6. *cui*] Gaio Caligulae, cuius novum balnearum usum tradidit Suetonius Calig. c. 37. Plin. H. N. XIII. 3.

928.

Anth. III. 52. *de lucameno* ms. Salm.

2. *Vulcanus*] idem versus in Regiani carmine ep. 538. legitur.

929.

Dorvillius edidit in Misc. Obss. nov. T. V. p. 484.

930.

Millin Voyage dans le midi de la France T. I. p. 339., qui hoc diptychon ad seculum sextum refert. Diptycha autem a novis consulibus dono amicis missa esse, nemo ignorat.

931.

Anth. III. 78.

2. *offert, sed belli*] ms. Scriverii. *offert se, belli* vulgo.

6. *collis et ima*] *colus et urna* ms. Div.

1. *inmerito*] B. primum edidit: *Possidet inmerito locus hic cito corpus iniquum*; infra vero: *Possidet inmeritum locus hic cito corpus iniquus*, et coniecit *Possidet Emeritae* etc.

3. *omne, (nefandum!)*] sic scripsi. B. primum ediderat: *reddidit una nefandis*; deinde: *reddidit omne nefandis*.

4. *quos nullis*] recepi, quod secundo loco ediderat B.; prior enim lectio haec erat: *ad superos inimicaque nomine vixit*.

1206.

Anth. IV. 61.

5. *quantos*] i. e. quot. v. Wakef. ad Lucret. V. 46.

10. *fingere*] femina, cui titulus positus est, mima esse videtur, quae multorum hominum vultum vario oris habitu imitari potuerat.

1207.

Anth. IV. 62. In Bonada adiunctum est ep. 106. *Si fructus proprio surgit* etc.

4. *Cyprio*] dum vixi, Venus mihi invidebat: nunc in statua marmorea redivivae parum abest, quin rursus invideat.

1208.

Anth. IV. 63. Candida mortua est temporibus Mauritii Augusti circa a. p. C. 715. Subscriptionem adieci ex Fabretto p. 734.

2. *ipso*] *inde* Bonada.

3. *affectus-dimittere*] Bonada. i. e. liberos suos tuto relinquere. *affectus-demittere* vulgo.

8. *ex fructu*] *ex vultu* B.

10. *vota secundo*] *vota secuta* Bonada.

11. *numquam te*] *te numquam flere quiescit*. Bonada.

1209.

Anth. IV. 64.

1. *siti*] ultima brevi.

4. *docta sonare mele*] intelligitur monodiaria. B. Add. T. II. pag. 682. *melos* Bonada.

5. *octo*] sc. octo annos vixit Titius Philippus puer, proles cito rapta, et Aelia Saturnina, fratri tenero carior una soror, obiit uno insuper anno. Quod ambigue dictum est; Saturnina enim aut primo vitae uno aut nono obiisse videtur.

8. *cantu*.] *saltus* Gruter. p. 654.

1210.

Anth. IV. 66. Carmen rude.

1. *Laberi*] *Laberii* Schrader. Ep. crit. p. LVIII.

5. *haec*] legendum *hae*.

6. *in spica*] inde ab hoc versu versus hexametros agnosco.

7. *germen*] Schrader. *gramen* vulgo.

9. *varium*] *vatum* Bonada.

15. *quod*] *quod fueram, non sum: sed rursus ero, quod modo non sum.* Muratori T. II. p. 771.

1211.

Anth. IV. 67.

5. *umor*] vulgo dicitur *humor*.

6. *defluat*] *profluat* Bonada.

1212.

Anth. IV. 68. In Anthologia Burmanni hoc epigramma superiori coniunctum est, sed error in Add. T. II. pag. 683. ab editore corrigitur.

1. *Rust., car. con.*] *quid lac. opus est, carissime Rusticelli.* Burm. Bonada adnotavit: „Si dicas *carissime Rusticelli*, sculptorem emendabis. Sed non cogitabat, secundam syllabam nominis *Rusticelli* natura corripi." Haec retulit Schraderus in Ep. crit. p. LVIII.

3. *nec*] *neu* Bonada.

4. *ut quae volui*] *v . . quot volui* Boissardus. *vixi quod volui: tempore tempus habet.* B. recte.

5. *annos-annus*] Bonada. i. e. ultimo anno aliquid defuit, quominus viginti annos inpleverit. — *annos-annum* vulgo. *aetas-annos* B.

1213.

Anth. IV. 69. Hoc epitaphium non adeo vetustum esse arbitror.

4. *proh-ah*] *mox-ah* Burm. *post spreta ah! turpis* Wakefield. ad Lucret. III. 1059.

6. *diem*] Burm. et Wakefield. *deum* vulgo.

1214.

Anth. IV. 70.

1. *his*] Schraderus Epist. crit. p. LIV. *hic* vulgo.

Aelia] contra regulam media est longa, ut Schraderus ibidem adnotavit.

2. *tum*] sic scripsi; *cum* vulgo.

3. *mutasti*] ultima brevi.

1215.

Anth. IV. 71. Versus trimetri.

1. *in adolescentula*] Schrader. Ep. crit. p. LIX. *o quanta pietas fuit hac adolescentia* vulgo. *o quanta pietas fuerat in hac adolescentula.* Muratori T. III. p. 1658.

3. *amica, eventum*] hiatus negligitur. His duobus posterioribus versibus adolescentula amicam dolentem solatur.

1216.

Anth. IV. 73. Cum per se hoc distichon intelligi nequeat, maioris epitaphii fragmentum esse iudico.

2. *reddita*] *perdita* Schraderus Ep. crit. p. LIX.

1217.

Anth. IV. 75.

1218.

Anth. IV. 78.

1. *forma pudoris*] i. e. exemplum, das Ideal. Vid. Schraderum Ep. crit. p. LIX.

4. *viventem deo*] i. e. den zu beweinen, der in Gott lebt. Christiana est inscriptio.

1219.

Anth. IV. 79.

2. *Thallusa*] *Thalusia* Heins. inprobante Schradero Ep. crit. pag. LX.

3. *lucibus*] *lusibus* B. An *Quae vix vicenos conplerat nubilis annos?* plane, ut in epitaphio alio apud Orellium n. 4841.

Nonum post decimum conpleras nubilis annum,
Vibia, crudeli funere rupta viro.

6. *lumina cara*] *flumina rara* Heins.

8. *animam*] Gruter. p. 950. *animum* vulgo. *fata eadem dederant.* Bonada.

1220.

Anth. IV. 80. Muratori T. III. p. 1331, 10.

1. *aspecto-tumulo*] *expecta paulum, tumulo subsiste* D'Orville. *Qui spectas, paulum tumulo subsiste.* B. Add. T. II. p. 683.

3. *sapiens, proba*] D'Orville. *sequens prob.* vulgo. Illud *fida marito* supplevit B.

4. *viximus-quatuor*] haec inscriptionem efficiunt, non partem epigrammatis.

6. *sperabam*] D'Orvill. *narrabam* vulgo. Illud *quietem* et *amnis aqua* idem supplet.

1221.

Auth. IV. 81.

4. *deserit ista virum*] *deserit illa virum* In Collect. Pisaurensii T. IV. p. 472.

1222.

Anth. IV. 82. ex Maiansii epist. p. 45.

6. *mater* etc.] *mater fleverit, indicio est* Burm.

7. *nam postq.*] versus uno pede claudicat. *nam postquam et caram monumento hoc cond.* Burm. Add. T. II. p. 683. An *Nam postquam tumulo et monumento hoc condecoravit?*

1223.

Anth. IV. 86. Orell. Inscriptt. n. 4838.

1. *ardente*] i. e. ardentem. Supra *iuvenile figuram* pro *iuvenilem.*

1224.

Anth. IV. 87.

1225.

Anth. IV. 88.

3. *superstes*] *superstans* Burm.

4. *patrumque* etc.] *patremque Arvernum hospitium* (vel *hospitio*) *civem se adscisse superbit.* Crusius.

9. *humili*] *humilem* Crusius.

1226.

Anth. IV. 89. Apud Gruterum alia inscriptio legitur p. 910:

T. Flavio T. L. Antiocho Patrono
Eros et Viola liberti.
Quod quisque vestrum mortuo optarit mihi,
Id illi eveniat semper vivo et mortuo.

Ideo nostro loco tota inscriptio aut mutanda, aut primus senarius sic corrigendus est:

Quod quisque vestrum mortuae optarit mihi,

quod Schradero placuit p. cr. Ep. LXI. idque recepi. Vulgo enim legitur:

Quod quisque vestrum optaverit mihi.

1227.

Anth. IV. 90.

2. *infelicis*] Schrad. Ep. crit. p. LXI. ex Muratorio T. III. p. 1638. *infelix* vulgo. In *Atilia* prima semper corripitur.

15. *vix*] Schrad. *bis* vulgo.

17. *et p. ad letum*] Muratori. *sed p. ad letum* Burm. *et p. ad lectum* vulgo. Mox *sit* Muratori.

22. *vovit*] Schrad. *voluit* vulgo. *Pro vita voluit* Bonada. Burm.

25. *audire*] Schrader, ex Muratorio. *audite* vulgo. [Corr. context.]

1228.

Anth. IV. 93.

2. *titulo*] *tumulo* B.

1229.

Anth. IV. 94.

5. *dum semel occidimus*] *cum semel occideris* Schrader. Ep. crit. pag. LXII.

1230.

Anth. IV. 96.

1231.

Anth. IV. 97.

2. *marmoreisque*] *marmoreusque* Burm. dissuadente Schradero Ep. crit. p. LXII.

5. *nec senior*] Ms. Moroni. *non senior* vulgo.

6. *at fati-sorte*] Heins. *at fato-sorte* ms. Perotti. *ac fato-sorte* vulgo.

1232.

Anth. IV. 98.

5. *incolumis potuisset*] Fabrettus. *incolumi 'potuisset* vulgo. *incolumi potuissem* Heins.

5. *invisa est*] corruptum. An *infesta est?* Schraderus Ep. crit. p. LXII. corrigit *Fortuna invidit.* Sed potius legendum: *Fortuna invida est*relicto hiatu.

spes et] *spes est* Fabretti. *spes et frustrata parentem* B.

6. *cuncta*] Fabretti. *dura* vulgo.

1233.

Anth. IV. 100. *Duo Iuvan. Lupi et Apri* inscribunt mss. Cyriaci et Moroni. *Naufragorum iuvenum duorum* vulgo.

1. *una Iuvavonis*] Schrader. Ep. crit. p. LXIV. *una Iuvaniae* ms. Cyriaci et Moroni. Muratori T. IV. pag. 1905. *una iuventutis* vulgo. *Iuvavo*, *Iuvavia*, *Iuvania*, *Iuvanum* nomina sunt urbis Salzburg. Conf. Mannert. Germanien p. 685. — *una iuveniles* Bonada.

hos] ms. Moroni. Muratori. *haec* vulgo.

2. *libertatis opus*] non liquet.

1234.

Anth. IV. 101.

2. *tulit*] i. e. abstulit.

4. *conpetiere*] *composuere* Burm.

1235.

Anth. IV. 102. ap. Orellium n. 3359.

4. *tam inpubem*] Schrad. Ep. crit. p. LXIV. *nam inp.* vulgo.

6. *hebet*] Bonada. *habet* vulgo.

natum florem l. c. torquet] Bonada. *Mater habet natum, Florum lux candida torquet.* vulgo sine sensu.

1236.

Anth. IV. 103.

8. *tumulo*] *tumulis* Fabrettus p. 184.

1237.

Anth. IV. 104. *Iulii Saturni* Fabricius.

1238.

Anth. IV. 105.

2. *fati*] *fato* Bonada.

3. *et annis*] *ab annis* vel *inanis Spes fuit in puero* B.

1239.

Anth. IV. 106.

1. *subdit*] *surgit de germine, tellus* Bonada.

4. *germina*] Schradaeus et Schraderus Epist. crit. pag. LVIII. *gramina* vulgo.

nequitiae] *Si fructus proprio subdat de germine tellus,*
si referat sparsis debita seminibus;
nascentur tumulo formae nova messis, honores,
et lepor et suavis germen amicitiae.

Wakef. ad Lucret. I. 8.

1240.

Anth. IV. 107.

1241.

Anth. IV. 108.

2. *Caper, et*] *et Caper* Schrader. ap. Burm., sed in Epist. crit. p. LXIV. amplius deliberandum censet. *mater et* Burm. *Caper et facili* Gruter. p. 905. omisso *ex. Longaeva et facili* Bonada.

5. *N . . durae*] *Nam durae mortis s. l. m.*
parce, monent etc. B. *Nec durae* Bonada.

1242.

Anth. IV. 109.

2. *invalidosque*] corruptum.

3. *Chrysologus*] *Grisologus* Fabrettus p. 362.

usque] Heins. Bonada. *utque* vulgo.

1243.

Anth. IV. 110. Iambici senarii.

4. *speciem obtinentem*] *specie obtinentem* Muratori T. II. p. 1070.

5. *Phoeaeensium*] Schrader. Ep. crit. p. LXIV. *Phocaensium* vulgo. *Phoeensium* Muratori. Incolae Phocaeae vocantur Phocaeenses, non autem Phocaenses. Praeterea in *Phocaeensium* syllaba secunda ante vocalem corripitur, cuius rei mentionem fecit Schraderus ibidem p. LIV.

in patrio] Schrader. ex Muratorio. *patrio in* vulgo.

7. *tenebit*] *tenebat* Schrader. *tenebet* ms. Moroni.

Isidis nati] i. e. Ori nomen habebit. In indice B. vitiosa est inscriptio, ex praecedentis epigrammatis scriptione nata. *sidisnati* Muratori.

1244.

Anth. IV. 115.

1. *aetas*] *pars* Muratori T. III. p. 1736. *iacet pars magna* Bonada.

4. *desertae*] *desectae sobolis miserabile* Muratori. Bonada. recte.

1245.

Anth. IV. 116.

2. *tumulo et*] Schrader. Ep. crit. pag. LXV. ex Muratorio, om. *et* vulgo.

4. *bis mihi* etc.] corruptum.

1246.

Anth. IV. 117.

2. *laudatae*] *insontes* Maffeius.

3. *sedes-ducite*] intelligendum ex sequenti *per*. Conf. epigr. 189, 11. Ducite per sedes vestras pro: *ad sedes vestras*. Huschk. ad Tibullum I. 3, 58. p. 96.

7. *super annos*] *super annis* Muratori T. III. p. 1705.

12. *Hecubâ flevit*] ceteri interpretes *Hecuba* nominativum esse statuunt, cuius extrema syllaba debili positione atque caesura concurrente producatur. Sic Santenius ad Terentianum p. 309. Iacobs. ad Anthol. Gr. T. XI. p. 113. Ramshorn. L. Gr. p. 1068. Huschk. ad Tibullum I. 7, 61. Ego ablativum esse duco. Hecuba enim infelicior erat, in extrema senectute moriens, quam Penthesilea, quae iuvenili aetate obiit. So hat Penthesilea weniger als Hekuba geweint. Haec vero sententia quam maxime praecedenti versui apta est.

1247.

Anth. IV. 118.

2. *ture potita*] correxit Katancsichius in Geographia vetere Istri adcolarum T. II. p. 127. miseros ture i. e. Lares, quibus numquam vel

raro sacrificatur. — *tum . . tita* Muratorius T. II. p. 1234. *sorte potita* B. *tum . . sortita* vulgo.

1248.

Anth. IV. 119.

4. *geminasse*] *geminare* Bonada.

6. *Taenarias*] Schraderus Ep. crit. p. LXV. corrigit *Tartăreas*, quia boni poetae *Taenarius* pro *Tartario* et *Taenara* pro *Tartaris* non ponant. In Taenaro, promontorio Laconico, descensum ad inferos esse narrant poetae, unde Taenarius cum multis substantivis iungitur, cum sententia in orco versatur: sed delectum in iis habere debemus, nec ea sociare, quae a propria vi Taenari prorsus abhorrent.

10. *non tulit apta*] quia eius nomen militaris imperii praefecturam sapere videbatur. Burm.

Consule Dioscoro] a. p. Chr. 442.

1249.

Anth. IV. 120. Hendecasyllabi.

1. *Evodiae Cyparae*] hac subscriptione utitur Morcellius Op. Epigraph. T. II. p. 225. Reinesius legit *Clodiae*.

1250.

Anth. IV. 121.

8. *alio pleno, quod*] corruptum.

9. *nomine*] *Nomen Acilianus, quo nomine nunc soror orba*
Vivat etc. Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

1251.

Anth. IV. 123.

8. *Domitium*] prima longa. Eum errorem reprehendit Schrader. p. LIV.

10. *ista potens habui*] Gruter. i. e. jene Vorzüge habe ich in meiner Gewalt gehabt; istis virtutibus praeditus fui. — *iste potens habui* vulgo. *habuit* Fleetwood.

1252.

Anth. IV. 124. apud Orellium bis legitur n. 2621 et 4829. Osanni Sylloge Inscript. fasc. IX. p. 489.

2. *nunc*] Burm. addidit ex simili inscriptione, quae ap. Murat. T. III. p. 1551. vel in Inscriptt. Veliternis a Cardinale editis p. 122. legitur:

Desine iamfrustra mater mea, desine fletu
te miseram totos exagitare dies.
namque dolor talis nan nunc tibi contigit uni:
haec eadem et magnis regibus acciderunt.

Longinus histrio erat Macci personam agens, isque ideo adscriptus Esquilinae tribui, quod ea aliquando histrionibus data erat. Osannus.

1253.

Anth. IV. 126. apud Orellium n. 2486. et Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 439.

Iucundus] i. e. *Iucundus*, *Liviae*, *Drusi Caesaris* uxoris, servus, *filius Gryphi et Vitalis*.

3. *saga*] i. e. venefica. Morcelli.

1254.

Anth. IV. 127.

1. *iustis*] *iustus* Gruter. p. 1052.

1255.

Anth. IV. 128.

4. *Crocale*] Schrader. Ep. crit. pag. LXVI. ex Muratorio, in quo legitur *hic Crocale*. — *Corale* vulgo.

6. *formosas-trahunt*] Burm. *formosas-ferunt* vulgo. *formosae-trahunt* Muratori.

1256.

Anth. IV. 129.

6. *Rufinilla*] in hoc hemistichio pentametri contra morem spondeus pro dactylo legitur, cuius licentiae multa in Anthologia iam habuimus exempla, ut A. IV. 56. Aliud vitium in mensura huius nominis deprehendisse putabat Schraderus Ep. crit. p. LIV., at iniuria; versus enim sic metiendus est: *Rufi|nus prior| et|| Rufi|nilla de|hinc.*

1257.

Anth. IV. 130.

1. *subiecta nec ante*] i. e. cum primum peperit, im ersten Wochenbett. Vulgo male interpungitur post *subiecta*. *Nata brevi spatio*, *partu subrepta necato*, B.

2. *Rhanis*] *Rhanos* vulgo.

5. *praesens hic*] Burm. *praentis* vulgo.

1258.

Anth. IV. 131.

1. *sepultae*] Burm. idque confirmat ms. Goth. Duebneri in Iahnii Ann. VIII. 3. 1828. p. 309. *sepulcro* vulgo.

2. *acta*] Burm. *arcta* vulgo. Illud ms. Gothano Duebneri firmatur.

4. *heu! cuius*] *haec*, *cuius* Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

7. *Theodote*] penultima longa. Hunc errorem deprehendit Schrader.

Ep. crit. pag. LIV. Fleetwood dedit *Theodorae*, quo vitium tollitur. In ms. Gothano Duebneri legitur: *Est Theodata nomen huic, q.*

1259.

Anth. IV. 132. apud Orellium n. 4839.

1. *fueris*] *fuerim* Schrader. Ep. crit. p. LXVI.

necessest] ap. Orellium. i. e. *necesse est*, quod vulgo legitur. [Corr. context.]

1260.

Anth. IV. 133.

3. *doctissima cumque Essem*] Bonada. *doctissima cum . . Essem* vulgo.

1261.

Anth. IV. 134. *An carmen sit antiquum, dubito.* Schraderus Ep. crit. p. LXVI.

1262.

Anth. IV. 135. Recens esse suspicor.

1263.

Anth. IV. 136. Muratori T. I. p. 423. Inscriptio Christiana.

3. *in quam*] B. *in qua* vulgo.

6. *hinc dolor*] supplevit Schrader. Ep. crit. p. LXVI. vulgo lacuna. — *quanta* supplevit B.

1264.

Anth. IV. 138.

1. *nostra*] cum hoc tum cetera supplementa excogitavit B.

2. *morte*] *more* Bardilius, ut IV. 35, 5. *solito de more.*

1265.

Anth. IV. 139.

1. *Hoc, Anuline, mei*] Bonada. Burm. *Hoc Annullinae mei* vulgo.

2. *vix*] *vixi denos tantummodo menses.* B.

3. *divina-itura*] *damnatas-abitura* B.

5. *nomine inane*] an *nomen inane?*

1266.

Anth. IV. 140.

1. *mors*] Schrader. Ep. crit. p. LXVI. *sors* vulgo.

2. *fausta*] Schrader. *Fausta* vulgo.

8. *tui*] genitivus est; simplicius erat dicere: *solatia lacrimarum mearum sensus tuos non iuvant.*

quos nocuere] mendosum. An *quoi nocuere?*

11. *matris*] *nomen dulce patri, solumque A. p.* Schrader. Ep. crit. p. LXVII.

13. *gelido*] Schrader. *calidum* vulgo.

Vernante calidum decoxit frigore flores
et gemma in fructu m. i. tulit.

Gruter. p. 1177.

1267.

Anth. IV. 141. Inscriptio Christiana.

2. *sacra-aula*] i. e. coelum.

1268.

Ap. Orellium n. 2876.

5. *nobis pueris*] metro reclamante.

12. *in*] construe: *doctus, compendia tot literarum et nominum in currenti stilo notare.*

16. *supererat*] i. e. superabat me.

21. *sciturus domini*] metrum eodem modo, quo v. 5. violatum.

1269.

Edidit Duebnerus ex codice Gothano in Annal. Iahnii 1828. T. III. F. III. p. 314. Alterum epigramma, quod eodem loco adtulit Duebnerus, in Martiali iam legitur.

2. *praefert*] an *praeferat?*

8. *Xandram*] *Xandra* ms. Goth.

1270.

Apud Orellium n. 1782. Iambici senarii. Idem fere distichon supra n. 1215. legitur.

1271.

Epitaphium cuiusdam virginis edidit Duebnerus in Iahnii Annal. 1828. T. III. F. III. p. 315.

1272.

Ex Marinii Actis Fratrum Arvalium T. I. p. 123. et Osanni Sylloge Inscr. fasc. IX. p. 459.

3. *Noveli*] Marinius. *novel* in apographo Osanni, qui vel *novellis* vel *novellum* supplere coniecit; ego *novellis* praefero.

4. *orbe rotae*] *orbe rota* Marinius et Osanni apographum.

6. *fecit, et inferiis*] ita scripsi. *fecit inferis* Marinius. *fecit, inferiis* correxit Osannus.

1273.

Ex Ioannis De Vita Thesauro Antiquitatt. Beneventarum p. LIV. in capite Inscriptt. Supplementa adiecit Ioannes De Vita.

1274.

Anth. IV. 142 — 146. Apud Gruterum p. 607. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 269. Osanni Sylloge Inscriptt. fasc. IX. p. 490. Hoc epitaphium Tiberii Caesaris aetate (non *Titi*, ut Ritter in Elementia grammaticae latinae p. 80. dixit) conscriptum esse, docet inscriptio. — Sed Vulpius ad Catullum 94, 5. p. 473. a docto quodam viro saeculi XVI. factum censebat, et ante hunc Vavassor de vi et usu Q. V. pag. 154. idem statuit, vana quidem ratione commotus. Atimetus Anterotianus, libertus Pamphili, Tiberii Caesaris Augusti liberti, sibi et Claudiae Homonoeae hoc epitaphium fecit.

3. *claris*] *cunctis* ms. Cyriaci.

5. *Paphie*] Ob hunc versum, in quo *Paphie* pro Venere dicitur, totum carmen ab antiquis non profectum esse dixerat Vavassor: quem satis refellit Schraderus in Observatt. p. 13. et in epist. Crit. p. 67. — *Paphia et Charites* in Boissardo legitur.

7. *aetas mea viderat*] *aetas compleverat* in Boissardo.

14. *pensarem*] ms. Henninianus apud Boissardum. *pensarem pro te, o Homonoea, libens.* Bonada. *pensassem* vulgo.

16. *te matura*] *te immatura* ms. Voss. B.

21. *experiare*] *experiere* ap. Boissardum.

22. *quodque mihi*] mss. Moroni, Cyriaci, Bonada. Orellius in Eclogis p. 264. adnotat *quodque i. e. quam partem iuventae mors immatura mihi eripuit.* — vulgo legitur *quodque meae.*

24. *dignissima vita*] *vita* ablativus est. *dignissima vitae* in inscriptt. Antiq. Ioann. Taccini p. 78. Bondam. Var. Lectt. p. 43.

25. *perfruererere*] *perfruere ipse bonis* ms. Gothanus Duebneri. *perfrueare* Gruter. Bonada. Hunc versum corruptum esse putat Osannus.

26. *Η πολὺ* etc.] edidi ex Anthologia Iacobsii T. II. p. 823.

29. *λειπομένη δάκρυα*] *δάκρυα λειπομένη* Iacobs.

1275.

Anth. IV. 146. In uno lapide duo epitaphia diversa diverso tempore insculpta esse, affirmat Fleetwood. Vulgo inscribitur *Gracilis maritus Probinae coniugi*, quod altero epigrammati convenit. Secundum vero epigramma corruptissimum.

10. *Ne quidquam*] *ne quiquam* Gruter. pag. 1058. *nil quidquam* vulgo.

habens] Gruter. *habes* vulgo.

11. *Probina*] prima longa, quem observavit errorem Schrader. ep. crit. p. 54.

iacet] *iacit Gracelis cito rapta marito Diebus paucis vix commodata suo.* Gruter.

12. *diebus*] versus corruptus.

13. *acerbam*] *acerba* vel *acerbis* legendum.

18. *adfectum*] filium.

19. *nil te*] *nil te damna movent communis funere lecti* B. *nil te damna nocent communis fuuere lethi* Ulitius Add. T. II. p. 686.

1276.

Anth. IV. 147. apud Orellium n. 4848. Iambici senarii.

2. *haud*] *hau* Gruterus p. 769. *heu* Bonada.

1277.

Anth. IV. 148.

1. *test*] Gruter. p. 799. i. e. te est. *te 'st* vulgo.

3. *probatast*] Gruter. i. e. probata est. *probata 'st* vulgo.

5. *quae dulcis mores*] i. e. dulces mores. *Lesbia sum, dulcis mores quae sola reliqui* Fabricius, numero rotundiore.

8. *cum suo*] *cum suave homine Spurio* Gruter. *cum unanime Spurio* Barth. Adv. 21, 5., ita ut Spurius sit filius. *dulcis nomine cum Spurio.* Fabricius.

9. *haec*] *hoc* Bonada.

1278.

Anth. IV. 149. ap. Orellium n. 4851.

2. *aeterna*] Fabrettus p. 80. *aeternum* vulgo. *aeterna Sabis amata domu* Bonada.

3. *annos*] Schrad. ep. crit. p. 67. ex Fabretto. *horas* vulgo.

5. *hunc titulum*] ms. Moroni. Fabrett. Gudius. Muratori p. 1292. hoc versu enumerantur ea, quae sunt *ultima dona.* B. omisit hunc versum, secutus Pithoeum. *hunc tumulum* etc. Bonada.

1279.

Anth. IV. 150. ap. Orellium n. 2442.

4. *exegi*] *quos vita exegit dulciter ipsa mea* ms. Beyellius.
canosque per annos,
queis vitae exegi dulce iter ipse mea. Barth.

1280.

Anth. IV. 151.

1. *hunc tibi*] *hunc ego nunc titulum tibi statuo, car. c.* Bonada.

3. *extremum*] *postremum* Bonada.

6. *tumulo*] *titulo* Bonada.

1281.

Anth. IV. 152. Osanni Sylloge Inscript. fasc. IX. p. 457. Vulgo inscribitur *Memmia M. L. Anna.* Epitaphium pulcherrimum.

1. *rosast*] apographum Osanni. i. e. rosa est. *rosa* vulgo sine *st* sive *est.*

2. *certo*] Muratori T. III. p. 1295. Bonada. Millin Magasin Encyclopédique Année 1810. T. II. pag. 146. *certe* vulgo.

3. *formasa videri*] *farmosa Anna videri* Muratorius.

6. *prosequor*] *prosequar* Bonada.

1282.

Anth. IV. 153.

1. *longa faeras*] Fabrettus p. 188. *fueras longa* vulgo.

3. *ardenti*] mss. Moroni et Perotti. Fabretti. *aetheriae* vulgo.

5. *miserumque absumit*] mss. Moroni, Perotti. Fabretti. *miserum, me absumit* vulgo.

9. *imago est*] abest *est* a Fabretto.

1283.

Anth. IV. 154.

5. *munus, versus donamus*] ms. Gothanus Duebneri. B. *versus munus donamus* Gruter. p. 843. *munus, versus donavit* ms. Barthii Adv. LII. 1. — *versus munus donatus* vulgo.

6. *et gratam cessit* etc.] mss. Moroni et Cyriaci. *et doctam cessit docta Thalia lyram.* Laur. Abstemius. ms. Barthii. *et gratam caepsit docta Pedana chelyn.* Gruter. vulgo. *et gratam sculpsit docta Pedana chelyn.* ms. Gothanus. Bonada.

7. *me nunc*] *nunc me* ms. Goth. Hoc distichon deest apud Barthium.

1284.

Anth. IV. 155.

1. *Hermes*] *Herines* Muratori T. III. p. 1351.

2. *Nice, praeissemque*] *Nice: aptassemque, utinam tua fata superstes* vulgo. *nunc ego praeissemque utinam tua fata superstes* Muratori.

4. *rapta iaces* etc.] Muratori. *rapta iaces, annis iam viduata tuis.* vulgo versu pentametro.

5. *lac tibi* etc.] Muratori. *Iam tibi Cybeles sint et rosa grata Diones* vulgo.

6. *serta*] *sertis* Muratori.

7. *meritae*] Muratori. *meritis* vulgo.

8. *annua, et hic*] *annuaque, et manes placida tibi morte qu.* Muratori.

9. *Marathonia*] B. *Marathonis* vulgo. Luscinia Marathonia celeberrima fuisse videtur; alibi Attica aëdon laudatur, ut A. IV. 172, 20.

1285.

Anth. IV. 156.

1. *vixi*] B. *vixit* vulgo.

5. *nomine Maturae*] Gudius. *nomina Maturae* vulgo. *nomina matura* Bonada.

7. *ima*] hunc v. ex Grutero p. 766. recepi, quem B. omisit. Matura XLII. anno obiit, postquam XXVIII. annos in coniugio fuerat.

1286.

Anth. IV. 157. ap. Orellium n. 4834.

1. *Irene*] Muratori T. III. p. 1497. *Eirene* vulgo.

2. *quinos*] *binos* Muratori.

1287.

Anth. IV. 158. Inter monumenta Christiana retulit Scriverius.

1. *hic erepta*] *hic iacet abrepta extremo funeri coniunx* Gruter. p. 832. unde legendum *Hic abrepta iacet supremo funere coniux*.

2. *Thecla*] Mazochius p. 176. B. in Add. T. II. p. 686. *Tecla* vulgo. *praegnans*] *vivens* Gruter.

4. *unum*] an *una*? — *crudeli tabe c. sust. unum* Gruter.

1288.

Anth. IV. 159.

4. *vos sitis pl.*] Bonifacius. *vos ite o pl.* vulgo. *vos este o pl.* Schrader. ep. crit. p. 67. *vos ite placidi* Muratori T. III. p. 1364.

1289.

Anth. IV. 160. Hoc epitaphium una cum sequenti in uno monumento legitur.

2. *perdite amata*] B. et Schrader. in ep. crit. pag. 68. *praedita amans* vulgo.

3. *quin n. in amaritie*] Schrad. *quin nulla in avaritiae* ms. Heins. *quum nulla in avaritie* vulgo. *quum nulla inavarities* Bonada. *amarities* occurrit apud Catullum.

1290.

Anth. IV. 161.

1. *Philematium*] utrumque dicitur vel Philematium vel Philematio. *nominitato*] conditor huius epitaphii Lucretii vocabula imitatur, ut *nominitare* ac *supera* et *necis potiri*. Schraderus ep. crit. p. 68.

3. *eidem*] i. e. eidem patrono.

4. *re fuit*] *qee fuit e puero plus superaque parcius* Muratori T. III. p. 1422. Legendum *qui fuit e vero plus superaque parens*.

1291.

Anth. IV. 162. ap. Orellium n. 4652.

1292.

Anth. IV. 163.

1293.

Anth. IV. 164.

1. *dulcis aput*] B. ex Grut. p. 1061. *dulce caput*, *manes* vulgo.

2. *liquisti morte*] *tu secura iaces*, *nobis reliquisti querelas*. Gruter. An *tu secura iaces*, *nobis liquisti querelas?*

1294.

Anth. IV. 165. Prius distichon a marito, secundum a coniuge dictum est, tertium abruptum corruptumque videtur.

1. *dulce*] ms. Perotti. *chare* vulgo, quod Pithoeus supplevit.

2. *quae*] *quum* B.

3. *flere*] ultima longa. excusat interpungendi ratio. *fletum* B.
me hora manebat] B. *fatalis mihi ora manebant* vulgo.

4. *quae*] uncis inclusi. reliqua ex ms. Perotti recepi. *Quae coniugio distulit illa tuo* vulgo. *quae me coniugio distinet una tuo* B.

5. *tunc tu*] hoc distichon intelligi nequit.

1295.

Anth. IV. 166. Ferretius in Musis lapidarib. p. 144. Gruter. pag. 654. Epigramma corruptum.

1. *Glyconis*] psaltria.

2. *anima*] *animo* Schrader. Epist. p. LXIX. ad ep. 210. — *usque ipsa* Bonada.

3. *tetricos-honores*] i. e. sie verdüsterte sich nie den Reiz des Lebens, sondern brachte dasselbe stets in Lust und Freude zu. Infinitivi *madere* et *sequi* pendent ab *egit*, sie trieb das Trinken und Singen, id est, sie trank und sang.

4. *mage*] Pithoeus. *magi lascivos suabes* vulgo. Sed mage lascivos et suaves honores egit.

Sic numquam tetricos egit sibi lucis honores,
Sed magi' lascivos suavis Bacchoque madere,
Simplicitate loqui: cantus mollesque choreas
Lusibus ipsa suis generabat, saepe et amores.

Bonada.

5. *choreas*] Grut. *coronas* vulgo.

6. *amores*] Grut. *amore* vulgo.

10. *severa*] Boissardus. *benigna* vulgo.

1296.

Anth. IV. 171.

1. *Livia-tellus*] Forum Livii.

2. *satas*] ms. Pighii. *satam* vulgo.

5. *et tantum*] *inanium* ms. Morgagni. *et miserae liquit solatia inania amanti*. B. An *Haec tantum?*

6. *ponere*] *reddere* Gruter. p. 823.

1297.

Anth. IV. 172.

2. *mersa deo*] *mersa vado* B.

10. *nunc-ipsa*] Bonada. *huic-ipse* vulgo.

15. *bis senos*] corruptum, mater obiit XXII. aenos natus: igitur filius XII. annos natus esse non potest, sed potius sex annos natus erat ut in versu undecimo dictum est. An *hos senos?* quod certe sensu, metro autem minus commendatur.

19. *Attica aëdon*] A. IV. 155. *et super in nido Marathonia cantet aëdon* i. e. luscinia.

20. *comes in lachrimas*] Schrader. ep. crit. pag. 68. *in lacrimis* Bosscha ad Anth. gr. T. IV. p. 284. *ad lacrimas* ms. Gudii. *comes his lacrimis* vulgo. *comes lacrimis* Bonada.

Siren] Sirenes, lusciniae, hirundines, cycni de lugubri cantu poëtarum non raro dicuntur.

21. *et Alcyone*] ms. Gudii. Schrader. *ut Alciona* vulgo. De Alcyone sive Halcyone (der Eisvogel) extat epigramma in Anth. V. 172, et conf. Lange vermischte Schriften p. 211.

22. *et tristis-et*] unum alterumve *et* corruptum. *cum tristis* Bosscha.

23. *Oebalius-cycnus*] cycnem Italicum sive Ligusticum intelligit poeta, quem, mortem Phaethontis querentem, describit Ovidius in Met. II. 367.

mecum] *moriens* Bosscha.

1298.

Anth. IV. 173.

1. *caste*] *castae* Bonada. B.

1299.

Anth. IV. 175. Millin Voyage dans le Midi de France T. III. p. 502. Christiana est inscriptio.

1. *Apelles*] prima longa. *deb. coniugio pia ea scribit Apelles* D'Orville. Malum poetam corrigere non licet.

2. *quam rapuit . . mors*] *quam rapuit moesto mors* Bonada, Muratori T. III. p. 1299. lacunam ante *quam rapuit* indicat, Millinius vero eodem loco, quo Burmannus, habet.

6. *refero munus . .*] In *refero* vitium latet, cum *re* brevis sit syllaba. *refero munus Sempronia* Tollius. — Millinius adnotavit: *Le nom de cette épouse est effacé dans l'inscription. Je ne sais pourquoi le*

P. Dumont a placé ici celui de Sempronia, *qui rend le vers faux. Ce nom se retrouve encore dans plusieurs manuscrits conservés à Arles. On ne remarque plus sur le monument que la trace d'unò.*

7. *viri*] Schrader. ep. crit. p. 68. *viro* vulgo. *virom* B.

11. *Pompeius Apelles*] *Sextus Pompeius Apelles, qui probablement était un affranchi de la famille Pompéia, a exprimé d'une manière trop obscure ses regrets sur la mort de son épouse; les qualités de cette jeune dame méritoient sans doute d'être chantées plus dignement, mais l'amour coniugal navoit pas inspiré à Apelles le talent des vers.* Millin.

1300.

Anth. IV. 178.

4. *poterunt*] *potuerunt* Bonada, *poterint* vulgo. verum recepi e Maffeii Mus. Veron. p. 423.

8. *sibi*] *tibi* Schrad.

10. *a domino*] Pertinet hoc epigramma ad Firmam Epaphroditi contubernalem, non uxorem; nam civis Romanus fuisse non videtur, qui praenomine et familiaa nomine caruit. Idque confirmat tertius versus, ubi coniux distinguitur a maritis, qui proprie talea dicuntur post contractas nuptias. Epigramma meminit conlibertorum, qui duo videntur fuisse, quorum alter militiam sequebatur, alter a domino iussu eius aberat. Maiansius ep. p. XLI.

1301.

Anth. IV. 179.

1. *florea grata*] i. e. flores gratos. *florea prata* vel *rura* B. Add. T. II. p. 687.

4. *ac leve*] *at gelida hibernum tempus tellure videtur.* B. Add. l. l. Interpretor: und eine leichte Winterzeit möge dir unter der Erde zukommen.

1302.

Anth. IV. 180. ap. Orellium n. 4828. Versus iambici scazontes.

4. *quantum doloris*] construe: sic numquam tantum doloris suspires, quantum titulus iste testatur.

1303.

Anth. IV. 181.

1. *hic*] *heic* Muratori T. III. p. 1339. *hac* vulgo. *haec* B.

1304.

Anth. IV. 183. Edidi ex Petri De Lama Inscriptt. antiq. p. 119., qui ad finem seculi quarti inscriptionem refert. *Il P. Affò*, inquit idem, *lo pubblicò con qualche errore, io lo riproduco fedelmente trascritto.*

1. *cursus variumque laborem*] Pietro de Lama. Muratori T. III. p. 1770. *casus variosque labores* vulgo.

2. *conciliarem opes*] synaloephe neglecta. Sic Pietro de Lama. Muratori. *ut iustas conciliaret opes* Millin Voyage dans le Milanais T. II. pag. 106., qui adnotat: *Cette épitaphe paroît être du temps d'Honorius et d'Arcadius. Muratori met en tête ces mots Macrobius sibi et Theodosiae coniugi opt. V. F. Ils n'y sont pas, et rien dans l'inscription n'est relatif à ce Macrobe.*

3. *transmisi*] Pietro de Lama. *amisi* Muratori. vulgo.

quaecumque] an *quodcumque*?

4. *haec tamen*] Pietro de Lama. *et satis ad manes sufficit urna mihi* vulgo. Muratori.

5. *et*] Pietro de L. *at* vulgo.

7. *manebat*] *maneret* Millin.

9. *extendere*] Pietro de L. Millin. *adquirere* vulgo.

10. *titulus*] Pietro de L. Muratori T. III. p. 1770. *tumulus* vulgo ex Muratorio T. III. p. 1370.

non perit] i. e. memoria bonorum hominum non interit. *non probat* Millin.

bonos] *probos* Murat. T. III. p. 1770.

1305.

Anth. IV. 184. ap. Orellium n. 4841. Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 438.

4. *facinus victrix*] *fati victrix!* B.

1306.

Anth. IV. 185.

1307.

Anth. IV. 189.

Sca] i. e. Scaptia tribu.

1. *post morte*] i. e. mortem. v. 4. *post morte*. v. 6. *fine* pro *finem*.

2. *indicium, obitos*] synaloephe neglecta syllaba *um* arsi producitur.

4. *quid*] Muratori T. II. pag. 758. *quod* vulgo. Was nützt das Leben, wenn wir uns nicht auf die Zeit nach dem Tode vorsehen? der Name, der Ruhm verbreitet sich, und nur der Leib wird verbrannt.

5. *nomen, fama volat*] *nomen fama vehat* B. eleganter T. II. pag. 183.

1308.

Anth. IV. 192.

Crasfiliae] Muratori. Cassia Sulpicia Crasfilia dicitur. *Cras. filiae* vulgo.

1309.

Anth. IV. 193.

1. *L . . . haec*] Muratori T. IV. p. 2076. nomen viri desiderat, ut

Larcius, Lollius, Lucius, Laelius. *Lubens* B. suppleverat, quod in Corrigendis p. 785. retractavit.

1310.

Anth. IV. 195. Inscriptio Christianorum.

6. *ad natum*] *ad fatum* B.

ductus] ms. Alciati et Schrader. ep. crit. p. 69. *iunctus* vulgo. Hoc distichon obscurum est.

1311.

Anth. IV. 196. Osanni Sylloge fasc. IX. p. 458.

3. *sacrati*] i. e. cineres mei sunt sacrati, et per matrem caram positi. An *cineres simul iamque sacrati?*

5. *pius saepe colit*] pronuntiandum *piu' saepe colit* vulgo. *quos pia saepe colit mater* B. v. 9. *floribu' sertis.*

7. *me unam retinete*] i. e. me unam tenete in Orco.

9. *floribus*] pronuntiandum *floribu'.*

10. *dicant*] *dicat* schedae Osanni.

1312.

Anth. IV. 197.

2. *da mi*] „i. e. Ossa sepulta hominis precantur, ne tumulum hunc urina contamines; sed, si gratus homo es, misce, et mihi (i. e. mihi lapidi, qui tumulum lego), da. *Dare* enim et *addere* verba sunt in sacrificiis propria.“ Gerardus Hasseltus in Act. Societ. Traiect. T. I. pag. 263.

1313.

Anth. IV. 199. ap. Morcelli Op. Epigraph. T. I. p. 438.

1314.

Anth. IV. 200.

1. *gratus*] Schrad. *grato* vulgo.

2. *Tusidius*] *T. Usidius* Muratori T. III. p. 1319.

hunc titulum] metrum claudicat. *titulum hunc* neglecta elisione B.

1315.

Anth. IV. 201. Iambici senarii.

15. *aetatis-foedere*] non liquet.

20. *sed lumen*] construe *sed nomen viri omne lumen vel decus mihi dedit.*

22. *inluminas*] *inluminans* Bonada.

24. *nanctus es*] *nactus est* Bonada.

30. *tu piu' moves te*] scripsi adsentiente Orellio nostro in Eclogis p. 285. In *pius s* eliditur. — *tu pius moves te* vulgo. Hagenbuchius *te* delebat.

46. *paras*] *putas* Bonada.
50. *cui placere*] Schrader. ep. crit. p. 69. *cur placere* vulgo.
51. *Romulae*] *Romuleae* Bonada. Conf. Bentl. ad Hor. C. 1. 2. 46.
52. *si tuae*] *si tuai* Bonada. *sit tuae* B. *si fuat similis* vulgo.

1316.

Anth. IV. 202.

1317.

Anth. IV. 203. Hoc distichon in multis epitaphiis legitur.

1318.

Anth. IV. 206. Vulgo carmen ab alio disticho incipit:

Vivere post obitum vatem vis nosse, viator?
Quod legis, ecce loquor. Vox tua nempe mea est.

Id, ut par erat, separatum edidi supra.

11. *exeruere*] Heins. *exercere* vulgo.

1319.

Anth. IV. 207.

1320.

Anth. IV. 209.

6. *laetus omni*] versus claudicat.
7. *nec*] *ne* Schrader. ep. crit. p. 69.
8. *floris*] Bonada. Schrader. *Floris* maiore litera quasi nomen proprium vulgo.
10. *una fide coluit*] *una* nominativo casu, i. e. prae omnibus.
12. *supremumque*] *supremumque suum reddidit obsequium.* Bonada. *supremisque suis reddidit obsequium* Maffeius. Muratori. In lectione Burmanni particula *que* offendor.
19. *vitam habitamque*] In *vitam* ultima arsi producitur.
24. *vitae ei reddere*] Bonada. In lapide VITAE I REDDERE. Illud I explicat Mazocchius per dativum *ei*. — *vitae reddere* vulgo.
26. *iungit-iunxerat et*] *iunxit tumulus iunxerat ut thalamus* Muratori T. III. p. 1737.

1321.

Anth. IV. 210.

5. *anima*] *animo* Schrad. ep. crit. p. 69.

1322.

Anth. IV. 211.

1. *coniu..*] *coniugibus geminis* B. supplevit.

1323.

Anth. IV. 215.

4. *pia*] ultima brevi contra naturam pentametri: quod corrigi nequit mouente Boissonadio ad Theognidem v. 440. pag. 250. et Santenio ad Terentian. v. 1778. p. 291.

5. *mirare*] *mirere* Muratori T. II. p. 956. *miserare* B.

6. *hoc*] omitt. Muratori.

1324.

Anth. IV. 216.

1. *pater Osius*] Labbaeus. *pater Orsius* ms. Alciati. *decus*, *Theodosius* B. quod in Corrigendis retractavit p. 785. *PR. osius* Gruter. pag. 1056.

3. *Mediolani*] B. *MLI* ms. Alciati. *IMI* Gruter. vulgo.

9. *rei*] bisyllabum.

12. *ex tanto*] *in tanto* Labbaeus.

14. *tumulis*] *tumulo* Labbaeus. Illud etiam ep. 219. *accepit tumulos*, *qui dare debuerat.*

1325.

Anth. IV. 217. Inscriptio Christiana.

1. *Tertia*] Schrader. ep. crit. p. 69. *tertia* vulgo.

4. *vixit*, *et heu tenero*] Bonada. *vixit et tenero* vulgo. *vixit et heu misero* vel *vixit et a tenero* B.

6. *rerumque*] *verique* B.

1326.

Anth. IV. 218. ap. Orellium n. 4819.

1. *dispar damna leges*] *Dispar damna lege Parkarum et stamina dispar* in Marinii Actis Fr. Arv. T. I. pag. 161. Bonada. Sed in hoc disticho magna obscuritas inest: legendum enim

Dispar damna leges, Parcarum crimina dispar:
Haec ridenda tibi est, hic lacrimandus erit.

i. e. mit ungleicher Empfindung wirst du von dem zweifachen Verlust, von der doppelten Grausamkeit der Parcen lesen. Denn über den Tod der hier begrabenen alten Amme wirst du lachen, über den Tod aber des Sohnes weinen. Vulgo legitur *haec ridenda mihi est*, ita ut *leges* in primo versu intelligi nequeat.

4. *at hic terno*] *terno consule natus* i. e. tres annos natus. *ad hic tertio* Marinius.

6. *Persephone*] *Persephones* Marinius.

1327.

Anth. IV. 219.

3. *coepto*] *coeptae* Markland.

4. *finiit*] bisyllabum. *quam finiit* Bonada.

6. *quos*] Muratori T. II. p. 1134. Bonada. *qui* vulgo. *quoi* B.

1328.

Anth. IV. 220. Palladius is esse dicitur, cui carmen, quod supra legitur n. 263., tribuitur. Cf. Wernsd. Po. lat. T. II. p. 389.

1. *vitae Palladii*] *ut te Palladi* Gruterus. *vitae Palladi* ms. Meermanni. Si illud *Ut te, Palladi, raptum* etc. vera est lectio, secunda syllaba in *Palladi* contra morem producitur.

1329.

Anth. IV. 221.

1. *supervacua*] in metro vitium est, cum ultima syllaba producatur contra regulam. Explica: Vota fletusque supervacua fuerunt. Numina enim deorum, naturae lex et fatum arcuerunt, quo minus irrita essent vota.

3. *praecesti*] vel *praeisti* B. *sprevisti* vulgo.

4. *beatûm*] B. *veatum* vulgo.

1330.

Anth. IV. 222. Gruter. p. 1000. Subscriptionem ex Mazochio duce Burmanno adieci. Vulgo inscribitur *Vibius C. L. Helenius Vibiae L. Latinae.*

4. *tui*] *mei* Bonada.

1331.

Anth. IV. 223.

1. *Musa*] Gruterus. p. 843. *charta* vulgo.

6. *eheu*] *heu heu* B. Sed vide Ramshorn L. G. p. 1027.

1332.

Anth. IV. 224.

3. *has*] Gruter. p. 1055. *his* vulgo.

5. *maiorum*] Schrader. prob. Nodell. ad Avian. p. 112. *maior enim* vulgo.

8. *tum-mitis*] Schrad. ep. crit. p. 69. *cum-miles* vulgo.

15. *Te Levita pater* etc.] Schrad. ex Grutero.

Te luxitque pater, soboles coniuxque fidelis
Te mixtis lacrimis longe et amata domus.

vulgo.

1333.

Anth. IV. 226.

1334.

Anth. IV. 227.

1. *ereptus*] *prima praerepte iuv.* B.

2. *numerabat*] *numerabas* B.

3. *heu!*] Schrader. ep. crit. p. 70. *heus* vulgo.

1335.

Anth. IV. 228.

2. *merito*] B. *intro* vulgo.

1336.

Anth. IV. 230. Ex litteris initialibus per acrostichin exit nomen *Iulius Secundus*, ut IV. ep. 322.

3. *litore Phocaico*] Massiliae.

11. *trino de numine*] *trino de nemine* Gruter. p. 690. *trino denemine* Broukhusius. Trinum fati numen dicitur, quia tres sunt Parcae.

1337.

Anth. IV. 231.

1338.

Anth. IV. 232. Versus senarii.

1. *filius illum-dedit*] non liquet.

4. *puerilem*] *puer item* Cannegieter.

5. *ac*] delevit Cannegieter.

6. *millibus*] int. passuum.

1339.

Anth. IV. 229.

1. *specie*] B. *speciem* vulgo.

2. *forma equidem* etc.] B. in Corrigendis p. 785. — *forma rudi puerum, Priscum agnomine quondam* vulgo.

1340.

Anth. IV. 233.

1. *qui legis*] an *quisquis es?*

3. *patris*] *patrem p. referens et nomine matrem* Schrader. ep. crit. p. 70., quia vox *amborum* docere videatur, matris mentionem praecessisse.

7. *mortis*] Bonada. vulgo abest.

12. *luctus sollicitare*] Bonada. ut alibi *parcite fata mea sollicitare.* — *luctu sollicitare.* vulgo.

1341.

Anth. IV. 234. Versus senarii.

9. *..rio gnatae*] Huius epitaphii tres ultimi versus post decimum sunt collocandi; cohaerent enim:

. desiderio gnatae fletus in dies
edunt sibi esse talem ereptam filiam.
Quas ob res hoc monumentum aedificavit p a t e r
gnatae sibique et uxori hanc constituit d o m u m,
aeternum ubi omnes pariter aevum degerent.

Sic Schrader. ep. crit. p. 70.

11. *pater*] *pater me; et genitrix, germana, oro atque obsecro* Schrader. Undecimus et quinque subsequentes verba sunt defunctae, quibus suos solari conatur. Idem.

13. *si in vita*] *si in vita iucundae* (aut *iucunda ac*) *voluptati fui,*
vobis, viro atque amicis notisque omnibus.
Schrader.

1342.

Anth. IV. 235. Versus senarii.

2. *sed filio ante*] *sed filiom ante* B.

3. *adquiescerent*] Muratori T. II. p. 969. *adquiescent* vulgo metro corrupto.

1343.

Anth. IV. 236. Gruterus inter spuria retulerat, quod refutavit Maiansius ep. crit. p. XIV.

2. *pisces*] Maiansius. *piscem* vulgo.
captabat] Maiansius. *capiebat* vulgo.
missile] calamus missilis valet die Leimruthe.

3. *praeter*] i. e. praeterea, Wernsd. in Poet. lat. Min. T. VII. p. 138., vel ad epigr. 142. nec inauditum est, *praeter* pro *praeterea* poni, ut Gesnerus in Th. multis Plinii maioris locis demonstrat. — *praedae* Heins.

1344.

Anth. IV. 239.

2. *fluctibus abluerunt*] B. *fl. adluerunt* vulgo. *fletibus abluerunt* Schrader. ep. crit. p. 71.

1345.

Anth. IV. 240. Numeri innumeri.

1. *dulces nati*] Bonada. *dulcis natae, quod caro e pignore restat* B. *dulcis nati* vulgo. *Nati* valet liberos, sive pueros sive puellas: hoc enim loco puella lugetur.

2. *membra qui p.*] *qui parvula membra* B.

3. *dolorem*] *moerorem* B.

6. *sumeret*] *consumeret* B.

8. *mater et genitor*] *pater et genitrix* B.

9. *quo legenti*] *quoque simul redeat sub corde figura legenti,*
luminaque ut fletu siccato saepe madescant. B.

1346.

Anth. IV. 241.

1347.

Anth. IV. 242.

3. *natos*] int. esse.

1348.

Anth. IV. 243. Versus senarii.

1. *libet, et*] Schrader. ep. crit. p. 71. deest *et* vulgo.

2. *ahena*] Heins. *aenea* vulgo. Conf. epigr. 37.

1349.

Anth. IV. 246.

1. *iacet*] *iaceo* Bonada.

2. *cineres lilia*] *cineres sint lilia sintque rosae* Bonada.

3. *sibi*] *terraque, quae mater nunc est, tibi sit levis, oro.* Bonada.

1350.

Anth. IV. 247. Inscriptio Christiana.

4. *quoi solus*] Muratori T. IV. p. 1880. *quoi soli* vulgo.

. *dolor*] *labor* Muratori.

9. *sors*] *mors* Muratori.

10. *fata*] *vota* Murat.

1351.

Anth. IV. 248. Totum epigramma inter epitaphia Neapolitana apud Schradaeum in Monum. Ital. p. 234. duobus distichis auctius legitur.

4. *iam*] *nam* B.

1352.

Anth. IV. 249.

5. *nonne*] Schrader. ep. crit. p. 71. *non* vulgo.

1353.

Anth. IV. 250. Versus reciproci. Gudium spurium esse hunc titulum merito censere, adnotat Gruterus.

7. *pergas*] Gruter. p. 667. *pergens* vulgo.

1354.

Anth. IV. 252.

1. *vitae vixdum*] B. *bis binos vix dum compl. annos* Muratori T. III. p. 1282. *bis quinos vixit dum compl. annos* vulgo. *bis binos vixit vixdum e. a.* Bonada.

2. *nimium .. to*] *nimium fato* Bonada. *nimium subito* vel *dicto* B.

6. *beata est*] *peraeta est* Schrader. ep. crit. p. 72. ex Virg. A. III. 493. *Vivite felices, quibus est fortuna peracta Iam sua. — — Vivite felices Superi, quorum fortuna beata est.* Muratori.

1355.

Anth. IV. 253. Hoc cum sequenti epitaphio cohaeret.

3. *dirae-volucres*] *dira volucre* Heinsius. *sed quoniam dirae seeuerunt fila volueres* Gudius ap. Gruter. p. 670.

1356.

Anth. IV. 254.

2. *corpora*] totus versus obscurus est.

1357.

Anth. IV. 255. Versus senarii, qui non semel in inscriptionibus reperiuntur.

1. *fas-fuerat filium*] Schrad. Ep. crit. p. 72. *Quod fas parenti facere debuit filius* vulgo. *Debuit* interpretatio est illius *fas fuerat*.

2. *mors inmatura*] *mors fecit inmatura, faceret ut parens*. Schrad. ex Bonifacio.

1358.

Anth. IV. 256.

6. *et conprecor*] *patronae, Conprecor utque levi terra tegat tumulo*. B. *Et conprecor, ut levi* Muratori T. II. p. 1234.

1359.

Anth. IV. 257. Versus anapaestici paroemiaci id est anapaestici dimetri catalectici, Ramshorn. L. Gr. p. 1086.

5. *atque annos*] B. et Schrad. Ep. crit pag. 73. addiderunt *atque*, quod vulgo deest.

1360.

Anth. IV. 259.

1. *praepostera*] B. *si non. rum. pre. posir. iura fuissent*, apud Anton. Ricchi Reggia de Volsci p. 150. — *constantia* vulgo, quod certe in *contraria* commutandum fuisse Burmannus in Add. p. 690. dicit.

2. *titulo*] Ricchi. *tumulo* vulgo.

1361.

Anth. IV. 260.

3. *pro*] *prae* Oudend.

7. *gratus eram*] Aptius, inquit Schraderus Ep. crit. p. 73. cohaerebunt, si 7 et 8 post 14 traieceris.

9. *vidit-pervigilare*] i. e. quis non vidit, bonos convivas ad meos iocos vultu semper hilari et in noctem pervigilantes. B.

14. *dicere*] Tiberius Claudius Esquilina tribu, Augusti libertus, Tiberinus in vivis fuit sub Tiberio Claudio Augusto. Ars illi canere veterum poetarum ac praecipue Homeri carmina ad potentum convivia. Muratori T. II. p. 655.

Caesareo-foro] intellige forum Iulium. D'Orville.

19. *Delphin* etc.] Oudend. et Editores Marmorum Taurinensium T. II. p. 66. Tot annos se vixisse dicit, quot stellae sunt in Pegaso vel Delphino, id est XXVI. vel circa. *Quod meat in stellis dedit hinc quod Pegasus ales* vulgo.

1362.

Anth. IV. 261. Intactum reliqui, cum pessime sit descriptum.

1363.

Anth. IV. 263. Hoc carmen in usum suum convertit Michael Marullus lib. II. epigr. 30.

1364.

Anth. IV. 264.

1. *iuventa*] Pingonius in Antiqu. Taurinensib. pag. 69. *iuventam* vulgo. *Catullam* Barth. Adv. LII. 1., ubi epigrammati nulla inscriptio adiecta legitur.

2. *meis*] *viro* Barth. *nec licuit miserum me superesse meis.* B.

3. *praesentem*] *praereptum* B.

mater] *flevit praesentem pater et flevere sorores* Muratori T. II. p. 1234. Bonada. *flent putem pater, flevere sorores* Barth. *flevit p. frater, flevere sorores* Schrader. Ep. crit. p. 74.

5. *quae prius*] Barthius hunc versum omisit; nec ullus eum merito, si abesset, desideraret.

1365.

Anth. IV. 265.

2. *tristis senior*] *tristis senio* B.

1366.

Anth. IV. 266.

6. *colens*] *fovens* Schrader. Ep. crit. p. 74.

1367.

Anth. IV. 267.

1. *sita*] ultima longa.

2. *aequales*] violata pentametri lege.

4. *perducere annum*] elisione neglecta ut vs. seq. in *me adularent* et 6. in *rapuit me ad* et v. 9. *morte iniqua.*

6. *saevus Pluto*] *saevos Pluto* vulgo, ut in multis epitaphiis plerumque *vivos* invenitur, non *vivus.*

10. *perficiat*] *conficiat* Schrader. Ep. crit. pag. 74. *excruciet* B. Add. p. 688. T. II.

1368.

Anth. IV. 268.

1369.

Anth. IV. 269. Inscriptio Christiana.

2. *Bonite*] *Boniti* B. quia in inscriptione vulgo *Bonitius* legitur. Sed in Muratorio T. IV. p. 1846. hic quoque *Bonitus*.

3. *quam*] Muratori. Bonada. *qui* vulgo.

florebas, *Barbula*, *grato*] Bonada. Bonitus enim Barbula hic iacet. — *florebas barbula grata* vulgo ridicule. *florebat barbula grata* Schrader. Ep. crit. p. 75.

5. *o mihi quam*] *omnibus et subito* Muratori. Bonada.

1370.

Anth. IV. 270.

1. *ereptam matri*] *ereptam viro et matri* vulgo ex Muratorio T. III. p. 1689. Illud *viro et* ex inscriptione translatum videtur.

3. *vivae*] *viva* Muratori.

5. *fletu-exagitare dies*] Lacuna suppleri poterat ex alio lapide Muratorii T. III. p. 1551.

1371.

Anth. IV. 271.

4. *et specie florentem*] scripsi. *et me specie florentem mei videre sodales* vulgo ex Muratorio T. IV. p. 2062. *et me florentem specie videre sodales* B. Schrader. Ep. crit. p. 75.

5. *fratrem-meus*] omnia haec uncis inclusi. Legendum

Ex parte altera:

Dolere mater noli: faciundum hoc fuit.
Properavit aetas: voluit hoc fatus meus.

Ea enim, quae ex altera parte lapidis leguntur, male ab illo, qui epigramma e lapide descripsit, medium in epigramma interiecta sunt. Illud *fratrem flentem* ad epigramma pertinere putat B., quod aliter visum est Schradero.

7. *diem vitae*] B. *diem meae* vulgo.

8. *inferna* etc.] B. *inferna mei posuere ratem* vulgo.

9. *iuvenis misereto*] Schrader. *iuvenes miserete* vulgo.

1372.

Anth. IV. 272. Versus quinque priores ap. Orellium n. 1844, totum ap. Lancillotti in Inscriptt. Siciliae p. 152.

4. *provida*] *prodiga* Bonada.

5. *et pavit*] *expavit* Schrader. ep. crit. p. 75.

11. *Placet hoc*] i. e. Sic voluisti, o fatum! Idem hemistichium in Lucano VIII, 793 legitur.

1373.

Anth. IV. 274.

2. *fluit*] *cluit* Bonada.

7. *plus male*] boni auctores *peius* dicere solent, sed sermo popularis altera comparativi formula utebatur, unde Itali, Galli, Hispani receperunt. Conf. Ferd. Winkelmann in Iahnii Ann. II. Suppl. 4. H. 1835. p. 504.

8. *actum est, excessi*] *has luce si excessi* Bonada.

9. *nil iam plus*] *nil amplius* Fabrettus p. 191. *amplius in me nil vobis* etc. B.

10. *meum, hic*] relicto hiatu.

1374.

Anth. IV. 275.

5. *doleatur*] *moveatur* B.

1375.

Anth. IV. 276. Inter epigrammata Sannazarii legitur, nec antiquum est, ut ex Keysleri itinere patet pag. 831.

2. *en tibi*] *accipe, quae nobis te dare par fuerat.* In editione Epigr. II. 19. Sannazarii.

3. *quando*] ex Sannazarii editione Schraderus Ep. crit. p. 76. nec aliter Keyslerus, qui ex lapide descripsit. — *quondam* vulgo.

1376.

Anth. IV. 277.

1. *quod-cuncta*] an *quot-cuncta?*

2. *dignae*] *Divae, Caesia, contulerunt.* B.
contigerunt] Schrad. Ep. crit. p. 76. *coniicerunt* vulgo.

3. *lanifici pr. f.*] *lanifica, praeclara fide*, Schrad. recte.

1377.

Anth. IV. 278. ex Maiansii Epistola p. XIX.

1. *nobeis underic.*] *nobis hunc undevigesimus* B., quod ipse retractavit in Corrigendis p. 785., cum *undevigesimus* quatuor priores syllabas productas habeat. Conf. Schrader. Ep. crit. p. 56. ad epigr. 22.

4. *perpetuo*] Maiansius, qui ipse lapidem descripsit. *perpetua* Muratorius, ita ut syllaba brevis in fine hemistichii sit, qua de re v. Santen. ad Terentian. p. 297.

1378.

Anth. IV. 281.

1. *octennem*] B. ... *nem* vulgo.
5. *sepultum*] B. *sepulcrum* vulgo.

1379.

Anth. IV. 282.
1. *sita est*] neglecta elisione.
5. *annus decimus*] Schrader. Ep. crit. p. 76. *annis X.* vulgo.

1380.

Anth. IV. 284.
2. *legi*] *vehi* Muratori T. II. p. 1189.
3. *praeteriens*] hic versus non est: versus si esse debet, illud *Procule* expellamus. *Et tu praeteriens dicas: Procule, sit tibi terra levis.* Muratori T. II. p. 1189. Similiter supra Anth. IV. 277: *Te rogo praeteriens dicas: Sit tibi terra levis!*

1381.

Anth. IV. 285.
1. *et te*] ex particula *et* argumentari licet, deesse aliquot versus huius epitaphii, aut legendum est *o te, terra, pr.*

1382.

Anth. IV. 286.
2. *incidit aetas*] non liquet.
5. *munera*] B. *funera* vulgo.

1383.

Anth. IV. 287.

1384.

Anth. IV. 288.
2. *tenerae vix*] B. supplevit, *tenera quattuor* vulgo.

1385.

Anth. IV. 289. ap. Orellium n. 2784. Zethus et Amphion nomina fratrum servorum, ut alibi Pollucis et Castoris nomine inveniuntur.
2. *Amphio mi frater*] „metri peritior scripsisset *Amphion frater.*" Schrad. Ep. crit. p. 77.
honc] B. *hoc* vulgo.
3. *fratresque sorores*] *fratresque sororque* B. Add. T. II. p. 691. Sed metro impeditus dixit auctor *fratresque sorores* pro *fratres sororesque.*

1386.

Anth. IV. 290. Katancsichius in Vet. Geograph. Istri Adcolarum T. II. p. 448.

1387.

Anth. IV. 291. De antiquitate dubito.

1388.

Anth. IV. 292.

1. *Epios*] Epius, Eppius, Epia, Eppia frequenter in Indice Gruteri leguntur.

fratre] *patre* Bonada.

Cinyra] Bonad. Schrader. Ep. crit. p. 77. *Cinyras* nomen viri esse constat ex Ovid. Met. X. 299. *Cinir* vulgo.

4. *terram optate*] hemistichium contra regulam factum.

1389.

Anth. IV. 283.

1. *Manes sitis*] utinam boni dii sitis. Manes proprie boni dii vocantur. v. O. Müller die Etrusker. pag. 95. T. II. Quid enim *manis* proprie valeat, ex *immanis* apparet.

2. *rapitis*] senibus parentibus liberos sero procreatos eripuerant Manes.

5. *quae*] scripsi. *quo* vulgo, quod aut in *quae* aut in *cur* mutandum erat. Parca parentibus multos annos dedit nolentibus, filium vero tam cito abstulit.

6. *vota*] vota parentium, ut filius superstes esset, vana fuere.

7. *nam solos s. p., quos*] Piranesius. Bonada. *orbis* pro anno dicitur. *nam solos septem proles o vos duxerit orbes* vulgo. *nam solis septem, proles quos duxerat, orbes* Schrader. Ep. crit. p. 77.

1390.

Anth. IV. 295.

3. *aeternum*] B. supplevit. vulgo deest.

1391.

Anth. IV. 296.

2. *obit*] i. e. *obiit*.

4. *quartum ad*] neglecta elisione.

1392.

Anth. IV. 297.

1393.

Anth. IV. 298.

1. *pia*] ultima producta. *piae* Reinesius ad Class. XVII. Inscr. pag. 861. Conf. B. ad T. II. p. 143 et 605.

sacri hic] neglecta elisione. Luxor. Lf. 7. *defuncta est tandem haec iurgia ferre per umbras.*

1394.

Anth. IV. 299.

1. *pote*] Pithoeus. Bonada. Schrader. Ep. crit. p. 77. *puto* vulgo. Nemo infelicior aut desertior esse potest quam pater liberis superstes.

1395.

Anth. IV. 300.

1396.

Anth. IV. 301.

1. *dulcissimo*] *dulcissime nate* B.

1397.

Anth. IV. 302. ap. Orellium n. 4840.

1398.

Anth. IV. 304.

2. *quo inferrer*] i. e. sie gab mir auch, wo ich bestattet werden könnte, wann ich sterbe.

1399.

Anth. IV. 307. edideratque B. etiam lib. II, 134. Obiit hic M. Petilius Probo iuniore consule a. u. 513.

4. *male*] legitur in Anth. II. 134. *mala* vulgo.

1400.

Anth. IV. 308.

8. *doctiloqui-erat*] Schrader. Ep. crit. pag. 77. ex Labbaei Thes. *doctiloquum-eras* vulgo.

12. *poteretur*] Schrader. ex Labbaeo. *potiretur* vulgo.

13. *quum*] Schrader. ex Labbaeo *quam* vulgo.

15. *commune nobis*] metro repugnante.

Nunc nobis custos serva comm. sep.
Nos quoniam haec tecum mox teget urna simul. B. An
Nunc commune mihi custos tu serva sepulcrum:
Quae vos, haec eadem mox teget urna simul?

16. *urna*] *orna* vulgo.

1401.

Anth. IV. 309.

1. *sic pia*] i. e. Quamquam vita nunc beata tibi contigit, et Larium more salutem superstitum tuorum providebis, attamen maximum sentimus te amisso tam cito dolorem.

3. *intimus*] Gruter. p. 748. *anxius* vulgo.

5. *lucos*] date sedem in hortis ac nemoribus Elysii.

7. *huic c. ut m.*] Heins. B. Schrader. *hic c. ut meruit* Ferretius. *quod certe hic m.* vulgo.

8. *texeruntque favi*] Gruter. *exstruxere favi* vulgo. *et fluxere favi* Schrader. Ep. crit. p. 77.

1402.

Anth. IV. 300. Rufo Festo Avieno, cuius epigrammata supra attulimus, a filio suo epitaphium positum esse, monuit Wernsdorfius Poet. lat. T. V. p. 526.

5. *chorus deorum*] *μακάρων χορός*, concilium deorum.

1403.

Anth. IV. 311.

1. *Meia*] *Maeia* Muratorius T. III. p. 1264.

2. *turba tenella*] Muratorius et Bonada. *turba novella* ex Schradaei Mon. Ital. pag. 187. excitat Schraderus Ep. crit. p. 77. *Romula turba* vulgo.

3. *referret*] Muratori *parabat* vulgo.

4. *Pario*] Muratori. *Patrio* vulgo.

5. *dona*] Schrad. *vota* vulgo.

8. *natorum*] hunc versum ex Murat. et Bonada edidi. vulgo deest. Ultimum distichon alienum putat B.

1404.

Anth. IV. 313. ap. Orellium n. 4842.

2. *quae genuit*] Aram posuerunt filii in oppido, ubi mater habitaverat, ossa autem eius in patriam remiserunt.

1405.

Anth. IV. 314.

5. *quamvis*] corruptum videtur.

9. *sorte*] *forte* B. errore typograph.

1406.

Anth. IV. 315. Hendecasyllabi.

1. *hoc turba in*] *hoc sunt in* B. An *hoc cubant tumulo?*

1407.

Anth. IV. 316. In uno lapide duo epigrammata diversa incisa sunt: ergo alterum ab altero separavi.

1. *oblita*] *apta* legitur in Philosophicis Transactionibus Vol. LIII. p. 213. Ex Add. T. II. p. 692.

5. *Idalia*] i. e. myrtea virga. *idalia . . . improba* ibidem.

1408.

Anth. IV. 316. Distinxi a praecedenti.

1. *haec*] *hoc* legitur in Philosoph. Transactionibus Vol. LIII. pag. 213. Ex Add. B. T. II. p. 692.

2. *et iusta*] *Venuste* ibidem.

3. *deposui*] *me posui coniugem meam mihi Iuncia rogatam* ibidem. *coniugemque* vulgo legitur, sed versus refutat. *Iuncta rogatam corruptum.*

5. *satiem*] B. *satiam* ibidem. *ratum* vulgo.

9. *hos ut*] *Vi te Gafriane excolerem titulosque relinquam Vivos, vi hoc f.* ibidem.

10. *vivus*] *vivu' ut ego facerem* Bonada.

12. *moriar, iac.*] *mor. Manibus iac. fossa q.* ibidem.

1409.

Anth. IV. 317.

3. *tibi digno*] an *tibi dignae*? Versus corruptus est, *Valentina* enim primam syllabam brevem habere debet.

4. *nomen*] *in titulo nomen iam viget ecce tuum* B.

6. *tegit* B. *tecum* vulgo.

7. *extricate*] versus corruptus.

1410.

Anth. IV. 318.

4. *rapto*] *rupto* B.

1411.

Anth. IV. 319.

1. *Nicario super ossa*] legendum *iaces super ossa Nicari.*

2. *deposito*] Torremuzza in Inscriptt. Siciliae pag. 135. — *deposita* vulgo.

1412.

Anth. IV. 322. Litterae initiales efficiunt nomen *L. Nerusius Mithres*, ut in Epigr. 230.

6. *solus*] Bonada *solii* errore typographico monente Schrader. pag. LXXVIII.

1413.

Edidi ex Topografia di Napoli a Romanelli conscripta T. III. p. 55.

3. *Anxia*] Anxia vel Anxa vel Anxanum urbs in regione Frentanorum.

1414.

Anth. IV. 324.

1. *nata*] *Nata, sed in lacrimis solum, dolor omnibus, infans hic sita sum, vixi tempus inane meis.* Bonada.

1415.

Anth. IV. 325. apud Orellium n. 639., quem consule.

1416.

Anth. IV. 326.

1. *quondam*] Schrader. Ep. crit. pag. 78. CD Ms. Moroni. *necdum* Apianus. *raptus* vulgo prob. Chr. Saxio in Lapid. Vetust. Epigrammatt. pag. 67.

bigarius] auriga bigarum.

2. *cupio currus*] *currus cupio, cito decido ad umbras.* ms. Moroni.

1417.

Anth. IV. 327.

2. *Attas*] *adstas* Bonada.

3. *hora*] Bonada. i. e. Du stirbst in trauervoller Stunde. *ora* vulgo.

6. *at*] An *et?* — *at quantum* Bonada.

7. *sic*] *hic* Heins.

1418.

Anth. IV. 328. ap. Orellium n. 4850. Hendecasyllabi tres priores versus.

1. *parve*] *parvae* Fabrettus.
3. *quam*] *quem* Fabrett.
suscitavi vivus] *vivus excitavi* Schrader. Ep. crit. p. 78.

1419.

Anth. IV. 329.

1420.

Anth. IV. 330.
1. *Tutilius*] *Rutilius* Bonada.
4. *cum fateare*] Bonáda. *cum fatiare* vulgo. *cum futum acre vides* vel *cum patiare, vides* B.
6. *diversis a. vicibus*] clausit lumina mea praepostero fato, quia ipse longe maior natu iuniorem me sepeliebat. Pentameter male factus est. *lumina diversis aetatis cursibus actus.* B. in Corrigendis pag. 785., ita ut hexameter pro pentametro, ut par erat, prodeat.
7. *prius*] *pius* B.
10. *.emper*] Bonada, *super* vulgo errore typograph. monente Schradero in Ep. crit. p. 78.

1421.

Anth. IV. 331.
1. *tempera*] ultima brevi.
2. *flere*] ultima longa.

1422.

Anth. IV. 332. ap. Orellium n. 4843.

1423.

Anth. IV. 333. Recens esse videtur.
2. *hic*] an *haec?*
3. *remoramur*] B. *remoramus adhic* vulgo.

1424.

Anth. IV. 334.
1. *sancta*] iunge cum *tellus*, non cum *ossua.* Wakef. ad Lucret. I. 136.

1425.

Anth. IV. 336. apud Orellium n. 5031. Iambici senarii.
3. *me, heic decorarat*] *me heic decorat.* Gruter. p. 627. *hic me decoraat* ms. Cyriaci. *illei me decorarunt stola* vulgo.

5. *fecit*] ms. Cyriaci. Gruter. Schrader. Ep. crit. pag. 78. *fert* vulgo.

Eita libertate illei me a pupula decoraat
stola laeta vixi annos veiginti optimi.
domum omnem supremus funestavit dies,
mors animam eripuit, non veitae ornatum abstulit.

Lupulus in Itinere Venusino p. 346. quorum duo priores sunt ἄμετροι.

1426.

Anth. IV. 337.

1. *Astorio*] *Altorio* Muratori T. III. p. 1433. *Artorio* B.

3. *cui domus Assyriis*] Bonada. *domus Asirirus* vulgo. *qui domus Assyrius* Heins. *quique domo Assyrius* B. *cui domus Assyribus* Muratori.

5. *vicenos et tres*] Muratori. Schrader. Ep. crit. pag. 78. *vicenos plures* vulgo. *post ter vix denos et tres bene conditus annos* B.

1427.

Anth. IV. 338.

1428.

Anth. IV. 339.

7. *nec-concessa est*] nicht habe ich Ruhm erlangt, ohne dass mich die Kollegen beweinten.

1429.

Anth. IV. 341. In Topografia Neapolitana a Romanellio composita T. III. p. 79.

1. *Decimus*] prima longa, quem notavit errorem Schraderus. Ep. crit. p. 54.

2. *circitor*] media longa, quam ceteri poetae corripiunt. Schrader. Ep. crit. p. 79.

4. *hoc tumulo*] Romanelli. *hac functo* vulgo. *haec functo* Bonada.

5. *urnam*] *humum* Romanelli.

6. *gemens*] Romanelli. *pio* vulgo.

1430.

Anth. IV. 343.

1. *Iguvio*] Iguvium Umbriae oppidum, postea Eugubium dictum, unde tabulae Eugubinae. Mannert Italia T. I. p. 483.

fora multa] medicus erat circumforaneus.

5. *Clusino-sepulcro*] Clusii medicus diem obierat, ossa autem eius Iguvium perlata sunt.

1431.

Anth. IV. 545. ap. Orellium n. 1197.

1432.

Anth. IV. 546. ap. Orellium n. 1200. Osanni Sylloge Inscr. fasc. IX. p. 461.

3. *natae*] nescio an legeretur *coniugis exiguo et natae pietate sepultus?*

4. *Fidens*] *Tideus* Osannus.

1433.

Anth. IV. 547.

3. *lustri*] *lustris* Barthius Adv. IV, 17. An *septem quinquennia lustra* i. e. XXXV annos?

5. *fata*] Muratori T. III. p. 1538. quod cum verbo *mutari* melius convenit quam *fila*, quod vulgo legitur. Nec aliter Handius iudicat ad Statii Silv. II, 24.: *Vetus codex fata sororum, quod non mutaverim. Haec enim librarii et critici ad eruditionem suam mythologicam conformare solent, poetarum libertati parum concedentes.*

1434.

Anth. IV. 548.

2. *cum*] B. *quae* vulgo.

1435.

Anth. IV. 551.

3. *meos cineres*] Grut. p. 655. *meos casus* vulgo.

in illis] i. e. inter sacerdotes Cybelae. Hector Mygdonis in collegio sacerdotum Cybeles fuit

4. *Mygdonis*] in Indice Gruteri *Hector Mygdonius* citatur.

8. *ferre iocos*] *i. e.* Spässe machen. Luxor. Ep. 70. 5. *quosque feras iocos* was für Spässe du auch machen magst.

1436.

Anth. IV. 552.

1. *Fortuna*] Fortuna coniux divi Caesaris esse dicitur.

3. *carus, nec*] Bonada. *caris nec vilis amicis* vulgo.

4. *mecum*] *mihi* Bonada.

5. *Anthis*] *Athis* Bonada.

6. *Ikadium*] *Ikadius* Bonada.

1437.

Anth. IV. 553. apud Orellium n. 2602. et in eiusdem Eclogis pag. 265. Iambici senarii. Visconti monumentum hoc ad Neronis tempora retulit.

4. *ubi se r.*] *ubei reliquias c.* Augustinus.

5. *hei*] Rutgersius. *heic* vulgo. *haec* ms. Pighii.

10. *choro*] *choris* Bonada.

11. *graeca-scaena*] ludi graeci alias quoque ap. Orellium n. 2608 et 2614. memorantur.

13. *carmine*] i. e. *non tam cantu quam filo fati, a carminare ut Carmentae, Carmentes.* Orellius in Eclog.

15. *iacent*] *id ex ipso marmore Gudius adscripserat Grutero, qui male edidit* t a c e n t. B.

17. *post leti diem*] *post leti domum* i. e. sub leti domum. Orellius.

19. *domo*] *ex ipso lapide notavit Gudius.* B. *domu* vulgo.

1438.

Anth. IV. 354. Apud Orellium n. 2990. Zacharia in Itin. Ital. pag. 164. inscribitur *Festio. Papiri. Prisci. Delic.*, vulgo autem legitur *Festo Labiri Primoge. Delic.* unde legendum *Festo Papirio, Prisci delicio.*

1. *tumulo*] Schrader. Ep. crit. p. 79. *titulo* vulgo.

Papiri] Schrader. *Labiri* B. *labillo* vulgo. *lapillo* Zacharia.

2. *quae moerens fato*] Zacharia. *quem adferens fato* vulgo.

4. *hunc*] *nunc* B.

1439.

Anth. IV. 355.

4. *lacrimam*] An *lacrimas*?

5. *Pollentia*] Ligurum oppidum.

7. *illic subter*] Bonada *illi super* vulgo.

8. *subit*] i. e. subiit.

1440.

Anth. IV. 356.

2. *parasitus Apollinis*] sic histriones Apollinis vocantur.

1441.

Ap. Orellium n. 2623.

que] legendum *qui.*

soveis-nuges] i. e. suis nugis. Illud monosyllabum pronunciari debet.

1442.

Anth. IV. 357.

1. *exutis*] *exiguis* Bonada.

2. *quae*] *qua* ms. Buchelianus. B.

5. *quod si*] *quid si* ms. Barthii.

tuae] *suae* ms. Cittadini.

1443.

Anth. IV. 359. *Patroniae Anniae Agathoniae* ms. Buchelii.

4. *hic*] *hinc* B.

9. *patronae*] *secunda et prima syllaba corripiuntur, quare putarem proprium mulieris nomen.* Buchelius. Ac maiore litera scripsit Bonada. Vid. Anth. IV. 396. *Murria hoc titulo pătrŏnum pietatis honorat.*

10. *titulus*] Schrader. Ep. crit. p. 79. *tumulus* vulgo.

1444.

Anth. IV. 360.

2. *Aterno*] B. *Atern.* vulgo. Aternus est fluvius Hadriae.

1445.

Anth. IV. 361.

1. *iacet*] B. *iaces* vulgo. Iacet mater rapta natis, quos ad ubera liquit.

3. *triste ministerium*] Anth. IV. 370. *solventes nato triste ministerium.*

1446.

Anth. IV. 381.

nec patris] hic versus est, reliqua prosa oratio.

1447.

Anth. IV. 385. Obscurissimum epigramma, de cuius antiquitate dubitavit Muratorius. Conf. Keyslers Reisen p. 790.

1. *deus*] Murat. *deo* lapis.

5. *minus*] *nimis* B.

7. *sol*] *sed* vulgo, errore typograph.

8. *uret*] Murat. *aret* lapis.

1448.

Anth. IV. 388.

1449.

Anth. IV. 392.

1. *dicas*] Schrader. Ep. crit. p. 80. *dicat* vulgo.

1450.

Anth. IV. 393.

1451.

Anth. IV. 394.

1. *cunctorum*] *functorum* Heinsius.
morte] elisa *m*.
2. *coniugi*] Heins. *coniuge* vulgo.
4. *fovendo*] *fovendi* Bonada.

1452.

Anth. IV. 395.
2. *tumulis*] Schrader. Ep. crit. p. 80. *titulis* vulgo. *titulo* Bonada, unde *tumulo* legendum erat.
4. *aeternaeque*] *et domus aeternae tu tueare focos.* Bonada.

1453.

Anth. IV. 396.
1. *Murria* etc.] ex Fabretto p. 417. et Bonada recepi. *A. hoc titulo patronum pietatis honorat* vulgo. *Dia hoc titulo* etc. Muratori T. III. pag. 1560. *Patronum* duabus prioribus brevibus ut in Anth. IV. 359, 9.
3. *non iussa* etc.] huc retuli distichon, quod apud Burmannum Anth. IV. 205. separatim legitur. *non iussa testamento neque voce rogata. Libertae vivit hic, aliis obiit.* vulgo. *non iussa tamen, nec voce rogata Hic aliis obiit, vivit libertae suae suavis patronus.* Bonada. Muratori. Fabrettus.

1454.

Anth. IV. 397.
5. *sibi*] *tibi* Bonada.

1455.

Anth. IV. 398.
2. *quid*] *Vos quid vostris voltis*
cum oculis emissiciis? Bonada.

1456.

Anth. IV. 399.
2. *nec Tusci*] edidi ex Maffeii Museo Veron. p. 174.
usci saltus pascua nec Sicula
volucris ante ire vaga. qui flamina chori vulgo.
3. *Cori*] B. *chori* vulgo.

1457.

Anth. IV. 402.
11. *subi*] i. e. subii.
12. *tegit*] Bonada. *teget* vulgo.

1458.

Anth. IV. 404.

1459.

Anth. IV. 406. Paulo emendatiorem exhibui naeniam disticho praemissam, quae apud Fabrettum p. 332. legitur.

1460.

Anth. IV. 405. Hendecasyllabi.
3. *sitam*] B. *sed situm leget hic breve puellae* vulgo.
5. *amor excidit*] B. ex ms. *multorumque amorum excidit* vulgo.

1461.

Anth. IV. 5. Christianis inscriptionibus adnumerat Gruterus et Scriverius. Add. T. II. p. 679.
1. *Aulus-Egnatius*] Gruter. p. 1050. *Aulu'-Egnatiu'* vulgo.

1462.

Anth. IV. 26.
1. *vixere probati*] supplevit Bonada.

1463.

Anth. IV. 28. Muratori T. II. p. 762.

1464.

Anth. IV. 41.

1465.

Anth. IV. 44.

1466.

Anth. IV. 83.
3. *annuis an refugis*] *abnuis et refugis? Frustra! nam te auferet Orcus* Bonada.

1467.

Anth. IV. 84. Christiana inscriptio.
2. *terdenos*] *terdenis aevi binos quater addidit annos,*
laeta, dolique expers, culpa procul, integra, honesta.
Schrader. Ep. crit. p. 60.
4. *alma*] *alta* Schrader.

1468.

Anth. IV. 91. ex Muratorio T. III. pag. 772, 11.

1469.

Anth. IV. 125.

1470.

Anth. IV. 137.

1471.

Anth. IV. 168. Apud Orellium 4641.

1. *hic est*] legendum

Hic est illa sita, pia, frugi, casta, pudica.
Sempronia Moschis.
Quoi pro meriteis ab coniuge gratia relatast.

Epitaphium ex uno hexametro constat, reliqua pedestri sermone scripta.

1472.

Anth. IV. 169.

1. *commune*] i. e. communem. — eliditur *m* ut supra *iuvenile figuram.*

2. *nobile*] *nobilis* Muratori T. II. p. 905.

3. *oculis*] *oculis iuvenis fato* Murat.

1473.

Anth. IV. 170. Muratori T. I. pag. 397, 1. Christiana inscriptio corrupta.

1. *longo*] *longo quaeratur in eu.* Muratori.

2. *Theuduli*] *Theoduli* Murat. In indice Muratorii *Theodula* ex hoc epigrammate excitatur, nec aliter (*Theodulae*) legendum videtur.

3. *reddideras* etc.] Muratori. *reddideras subolemque parique dicata marito.* vulgo sine sensu.

4. *post dece*] corruptum, sensus est nunc te tellus habet, postquam septendecim fasces exegeras.

5. *exegeras fasces* etc.] Muratori. *exegera se asce seu tegit* vulgo.

6. *pro meritis pendo* etc.] Muratori. *pro meriti spendo merentia voto.* vulgo.

1474.

Anth. IV. 176.

1475.

Anth. IV. 177.

1476.

Anth. IV. 182.

1. *annos*] deest apud Murator. T. III. p. 1427.

1477.

Anth. IV. 186. Corruptissimum.

1478.

Anth. IV. 188.

1479.

Anth. IV. 191. Osanni in Sylloge Inscriptt. fasc. IX. p. 455.

Grati et Hilari] Omnia haec verba usque ad *Asphale* inscriptionem efficiunt, nec versum componunt. Unicus versus ut in multis epitaphiis adiectus est, nec assentior Burmanno mutanti *Hic iaceo coniux, hilari cognomine dicta.* Asphale primum Grato nupserat, deinde mortuo Grato Hilaro. Utrumque nomen, *Gratus* et *Hilarus*, saepe in epitaphiis inveniuntur.

1480.

Anth. IV. 194.
1. *factum est*] *Actum est* Schrader. Ep. crit. pag. 69.
bone] *vir bene vive* B.

1481.

Anth. IV. 198. Duo primi versus sunt iambici sènarii (Schrader. Ep. crit. pag. 69.), reliqui hexametri et pentametri.
5. *et tamen est nunc*] *est etiam nunc* Schrader.

1482.

Anth. IV. 208. Conf. Muratori T. III. p. 1341.
7. *servavit*] *servabit* B. Schrader. Ep. crit. pag. 69.

1483.

Anth. IV. 212.

1484.

Anth. IV. 213.
4. *quot*] *quod* Bonada.
6. *quot*] *quod* Bonada.

1485.

Anth. IV. 225.

Cananivati] mire discrepant cum auctores tum inscriptiones in hoc nomine. Natio quaedam Batavorum Canonefatum proprie appellabatur. Vid. Osannus in Sylloge Inscr. fasc. IX. pag. 481. Plinius H. N. IV. c. 15. §. 29. *Cannenufatum*, Tacitus Ann. XI. 18. Canninefates vocat,

Inscriptio ap. Orellium n. 96. *Clam Cannunefatum* citat, Velleius II, 105. *Caninifaci* in cod. habet.

1486.

Anth. IV. 237.

1. *ad torum*] *ad torum, ait miser o sic.* Scriverius.

2. *ista*] *isthaec* B.

1487.

Anth. IV. 238.

2. *semper subitura dolorem quos*] scripsi. *semper subitura dolore quos* Muratori T. II. p. 1181. *semperque habitura dolorem; quo* vulgo.

1488.

Anth. IV. 273.

1489.

Anth. IV. 279. Conf. Muratori T. II. pag. 1235. Hoc epitaphium non versibus, sed prosa oratione constat.

1490.

Anth. IV. 293.

1491.

Anth. IV. 294.

1492.

Anth. IV. 303.

Dulcis eram] haec verba pentametrum efficiunt, praecedentia verba ad inscriptionem pertinent, neque numerum habent.

1493.

Anth. IV. 305.

1494.

Anth. IV. 306. Muratori T. II. p. 1172. 7.

7. *aeternasque* etc.] An *aeternas lacrimasque reliquit Carpo parenti?*

coloniae pater] i. e. magistratus.

1495.

Anth. IV. 320.

1496.

Anth. IV. 321.

1497.

Anth. IV. 364. Osanni Sylloge Inscript. fasc. IX. p. 460.

1. *non aequos Parcae*] leg. *Non aequa o Parcae.*

2. *compositos*] *composita* Fabrettus p. 419.

4. *debuit*] bisyllabum.

5. *tristia*] i. e. tristia contigerunt mihi, qui vivo amissa coniuge. Osannus mutabat *quia amissa.*

9. *fila*] *fusi* Bonada. Osanni apographum. recto. pensa enim deficiunt rupta in primo munere fusi. i. e. statim in primo stamine.

10. *iniustae*] *o nimis iniuste! ter denos dare munus in annos* Bonada.

12. *primus Pistes*] si hoc deletur, pentameter constabit.

1498.

Anth. IV. 365.

1499.

Anth. IV. 367.

1500.

Anth. IV. 368.

1501.

Anth. IV. 369. ex Muratorio T. III. p. 1255. 8.

1502.

Anth. IV. 377.

2. *sum*] adieci e Fabretto p. 421. vulgo deest.

3. *apud superos*] auf der Oberwelt, auf der Erde.

6. *Phariaes*] *deae Phariae* Bonada.

10. *tradiditque*] *tradidit, qui pietate sua coleret fastigia nostra,* Fabrettus, Bonada.

11. *secura*] *secure* Bonada.

14. *et Venereos*] ultimum distichon ex Fabretto addidi.

1503.

Anth. IV. 378.

1504.

Anth. IV. 379.

1. *hic*] an *his?*
Zmyrnea] B. Add. T. II. p. 691. *Zmyrna* vulgo.

1505.

Anth. IV. 380.

1506.

Anth. IV. 383.

1507.

Anth. IV. 384.

1508.

Anth. IV. 387.

1509.

Edidi ex Osanni Sylloge Inscr. fasc. IX. p. 462.

1510.

Anth. IV. 371.
Afra] ultima longa.

1511.

Ap. Orellium n. 4832.
3. *Thetidis*] *Phlidis* vulgo. Illud ex inscriptione recepi.
6. *serta quod*] an *sertaque hunc tumulum?*
7. *fuci*] Orellius *fusi* Marinius. Onyxkännchen zur Schminke und Alabastervasen.

1512.

Ap. Orellium n. 4852. qui adnotat: Inest eteostichon antiquissimum; scil. in vocabulis his *multIs toreVma iocIs exIguo VItae spatIo feLIcIter-effugI crImen* inest numerus XVIIII.

1513.

Edidi ex libro *Atti Dell' Academia Romana d' Archeologia.* Vol. II. pag. 666. Roma, 1825. Conf. Orellii Inscriptt. T. II. pag. 451. n. 5070. Supplementa invenit Petrus Viscontius.

1514.

Ex Collect. Pisaurensi T. IV. p. 509.

1515.

Anth. IV. 362.

2. *et viro eripior*] *aque viro eripior* B.

3. *Fuscinilla*] versus pedes sic metiendi videntur:

nomine| Fusci|nilla Pe|teli|na domo|orta.

Petelinus graece Πετηλῖνος. v. Mannert Geogr. Italia T. II. p. 211. In *domŏ orta* vocalis ante vocalem corripitur plane ut in versu secundo *virŏ eripior.*

1516.

Anth. IV. 390.

1. *in oras*] *amaris* B. legendum *in horas* eodem sensu, quo illud *Gallo, cuius amor tantum mihi crescit in horas.*

1517.

Anth. IV. 391.

1. *hic Cl. cara*] *Clodia cara suis, cunctis i. p.*
hic sita, sed subito tempore rapta obiit.
aeterno amissam quam deflet t. c. B.

1518.

Ex Katancsichii Vetere geographia Istri accolarum Budae 1826. T. I. p. 64. Epitaphium in sarcophago Tettini eruto.

1. *quam*] *quem* lapis.
raptam] *rapta* lapis.

2. *prime-cum*] syllaba deest. Katancsich.

4. *superante*] pro tribus longis, paeon tertius pro molosso ponitur. Katancsich.

5. *obilfmne*] totam inscriptionem edidit Katancsichius l. l. p. 437. Est corruptissima.

1519.

Ex Annall. Viennensibus 1829. T. XLVII. p. 66.

1. *sancte*] *sanctae* lapis, qui extat Aquileiae.

2. *genas*] *gena* lapis.

3. *oppressa*] *opressa* lap.

4. *huic*] Steinbüchel *hec* lap. et *necemquae.*

Inscriptio christiana esse videtur, quae corruptior est quam ut intelligi possit.

1520.

Ex Marinii actis Fratr. Arval. T. I. p. 170.

1521.

Anth. IV. 312.
2. *potis*] *potes* Muratori T. II. p. 1129.

1522.

Apud Morcellum in Op. Epigraphicis T. V. p. VIII.
3. *iuventa*] an *iuventae?*

1523.

Anth. IV. 366.
1. *quem patria*] B. *patria quem* vulgo.

1524.

Anth. IV. 370.

1525.

Anth. IV. 372.

1526.

Anth. IV. 373.

1527.

Ex Morcelli Oper. Epigraphicis T. II. p. 228. ubi dicit: *Addo et hoc alterum, quod nuperrime in agro Urbisalviensi inventum est. senariolos etenim habet concinnos, ut vides, et antiqui leporis.* Apud Orellium n. 4830.
3. *quoius*] monosyllabum pronunciandum.

1528.

Ap. Orellium n. 4833. Millin Voyage T. III. p. 576.
1. *dolor*] In *dolor* atque *fecere* latet vitium.
2. *Iul. Lucinae*] metrum claudicat, si *Iuliae* plene scribas.
3. *flos aetatis*] i. e. florentissima aequalium puellarum.
saxo] *sacxo* lapis ut *vicxit.*

1529.

Ap. Orellium n. 4835. Haec vel similis formula in multis lapidibus reperitur.

1530.

Ap. Orellium n. 4836. Burm. ad Anth. IV. 203.
2. *ne tenerae*] legendum *et tenerae aetati ne gravis esse velis.* Idem enim distichon Anth. IV. 175 et 992. reperitur.

1531.

Ap. Orellium n. 2709.

1532.

Ex Marmoribus Salonitanis Cl. X. 80. Katancsichius in Geographia Istri Adcolarum T. II. p. 29.

1533.

Ex Marm. Salonitanis ce. x. n. 143. Katancsichius l. l. p. 37. T. II.

1534.

Ex Pietro De Lama Iscriz. Antiche p. 118.

5. *clusit*] sic supplevi. In lapide *clus.*

1535.

Ap. Orellium n. 4847.

2. *crudeles*] *crudelem* in collect. Pisaurensi T. IV. p. 479. errore fortuito.

8. *tuis*] monosyllabum. *tis* in lapide legitur.

1536.

Anth. IV. 323. Conf. Pietro De Lama Iscrizione antiche pag. 119. Hi versus Elegiacorum more sunt insculpti, quamvis sint iambici. Ad finem quarti post Christum seculi inscriptionem refert Pietro de Lama. — Burm. eum multis lacunis edidit.

1. *perlige*] pro *perlege* quod vulgo legitur.

2. *Xanthippe Iaia eaedem Ludicro*] Pietro de Lama. Fabrettus in Inscriptt. pag. 148. Xantippa Iaia vulgo appellabatur Ludicrum. In Indice Gruteri legitur *Xantippe sive Laia.* —

Nomen Xantippe Iata, idem ludicro
quod Bonada.
Nomen Xantippae Iaiae aedem ludicro. vulgo.

3. *quou*] versus corruptus ἄμετρος. *quoi* vulgo. *quod* Gruter.

6. *malo*] *manes* vulgo. *fata conficiunt mala.* Bonada. recte.

7. *lues*] *ignita torret ultra qu. . . . ies* vulgo.

8. *venusta*] *venusta amoena inte . . . . rrula* vulgo.

9. *insita*] *insita . . . libus* vulgo. *insita 'st caelestibus* Bonada. recte.

10. *luci*] *lunae* vulgo.

11. *dixerant*] *dixerunt* vulgo.

12. *natust*] *natus* vulgo.

1537.

Anth. II. 260. Pithoeus praefixit nomen Euriali Moranii Asculani. Extant vero Moranii Asculani duo Epigrammatum libri, Senis excusi a. 1516, quo tempore ipse vivebat. Sed in adnotationibus p. 480. scribit, esse epigramma Hieronymi Salinae Caeci. Alibi auctor Andreas Croscaeus vocatur.

1538.

Anth. III. 177. Pithoeus et Scaliger Pulici cuidam vetusto poetae tribuerunt, sed Pulex de Custodia (Pulice de Custozza) Vicentinus, qui seculo quinto decimo vixit, auctor est, ut inter alios Fabricius in Bibl. lat. Med. et Inf. Aet. T. VI. pag. 22. et Lessingius in Opp. T. I. pag. 120. adnotarunt. Burmannus statuit, Pulicem de Custodia hoc epigramma ex vetusto codice descripsisse ac pro suo venditasse.

1539.

Anth. II. 2. Hoc epitaphium omnino omitti debebat, cum prosa oratione scriptum sit. Etsi scio, virum doctum quendam in versu Saturnio compositum esse dixisse. Haec verba floxerunt ex Guarini Veronensis versione latina Plutarchi vitae Alexandri c. 69. De Guarino dixit Fabric. Bibl. M. et I. Aet. T. III. p. 119.

1540.

Anth. III. 64. Ex Francisci Petrarchae Ecloga tertia, in qua se Sbuppei nomine cum Laura sua, quam Daphnen vocat, loquentem inducit. Conf. Bimardi Dissert. in Muratorii Thes. T. I. p. 33.

11. *tibi consule, Daphne*] Petrarcha. *tibi consule eorum* vulgo.

1541.

Anth. III. 265. Vid. Add. T. II. pag. 741.; ex quibus patet, hoc epigramma inter Adriani Scorelii Batavi poemata legi pag. 69.

1542.

Anth. IV. 65. Hieronymus Wolfius epitaphium vertit ex Zonarae Ann. lib. XIV. Cap. 14.

1543.

Anth. IV. 74. Est Vineti versio graeci epigrammatis, quod in Anthologia Palatina Iacobsii legitur T. II. p. 829. epig. 232.

1544.

Anth. II. 235.

Olim ex hoc epigrammate colligebatur, Petronium Arbitrum aequalem fuisse Neronis imperatoris. Niebuhrius autem ullam ei inesse auctoritatem negavit (Klein. Schriften p. 347.), quia codex, in quo legitur, non vetus, ut fama ferebat, sed recentissimus est. Nec auctor eius aetatem codicis superare videtur. Iulius enim iste, qui inter elogia de Petronio Iulius Romanus appellatur, non alius quam Iulius Sabinus est, qui alias Iulius Pomponius Laetus dicitur, et anno 1497. mortuus est.

1. *Petronii*] ms. Barth. Adv. XXX, 15. *Petroni* vulgo.

3. *quare ille praesa*] *Quartillae prosa gaudet* Rivinus. *quare illi in prosa* Barth. *Quartilla haec pro se gaudens* Salmas. *quare illo prenso* Dorleansius. *quare indeprensa* H.

4. *at quoque*] *et qu.* Barth. *ac qu.* Salmas. *ut qu.* Dorleans. *has qu.* H.

5. *nam iter*] *nam pariter diri scripsitque Neronis amici*
Arbiter Rivin. *illam instar diri* Barth. *nam pariter diri* Dorlea. H. *nam rbter diri* Binetus.

amictu] *amicus* Binetus.

6. *et ipse*] *ab ipse* H. Barth. *ita ipse* Rivin.

1545.

Anth. I. 22. Recens esse adnotavit Pithoeus ac Scriverius, et conversum ex Meleagri epigrammate, quod in Anth. Palat. T. II. p. 115., Anal. Brunckii T. I. pag. 32. legimus. Conf. Barth. ad Stat. Theb. IX, 428.

2. *prodiit*] *prosilit* (graece ἥλατο) Iacobs Spec. Emend. p. 66.

abluerant] *abluerunt* B.

4. *seiunctus*] int. Bacchus. Vinum merum ignis est. — *seiunctis prodit ignis et urit adhuc* Iacobs. *extinctus* B. sed conf. Add. T. II. p. 702.

1546.

Anth. V. 213. Maffeius Augustino Brenzonio, qui XVI. seculo vixit, tribuit. v. B. Add. T. II. p. 749.

1547.

Anth. V. 214. Iacobus Bugius, Andensis, auctor esse fertur a Moneta in Append. Menagian. T. IV. p. 163.

1548.

Anth. V. 215. Iterum editum est in Add. T. II. pag. 708. Hoc epigramma iis adnumerandum, de quibus Schraderus Ep. crit. p. 59. ad Anth. IV. 76. dixit.

1. *quae gurgitis huius*] ex Virgilii Geo. IV, 321.
Mater Cyrene, mater, quae gurgitus huius
Ima tenes, monente Schradero ad V, 216.

4. *suis*] B. Add. T. II. p. 708. *tuis* vulgo.

1549.

Anth. V. 216. Hoc epigramma Angli pro vetusto venditarunt: qua de re optime praecepit Schraderus, ut in epigr. praecedenti dixi.

1550.

Anth. V. 217. Cf. Wernsd. Poet. lat. T. VII. p. 125. Hoc epigramma factum est, ut proverbium illud *Hoc sub rosa dictum est* explicaretur poetice.

1551.

Anth. I. 5. Vulgo inscribitur *Apuleii*. Recens esse constat. Conf. Oudend. ad Appul. T. II. p. 572.

1552.

Anth. I. 6. Marullo tribuit Burmannus.

1553.

Anth. I. 66. Ex Altercatione Hadriani et Epicteti, nescio quo auctore composita, quae adiuncta est Notitiae Imperii, a Frobenio et Labbeo editae p. 194.

1554.

Anth. III. 96. Ex Altercatione Hadriani et Epicteti, quam modo memoravimus, pag. 193. Conf. Ciceronis Cato Mai. c. 19. n. 18. edit. Wetzel. Idem epigramma aliter in inscriptione legitur, quam P. E. Visconti in Sylloge cum March. Melchiorri a. c. 110. n. 86. et in carmine suo *La Via Appia* p. 58. edidit. *Quomodo mala in arbore pendunt sic corpora nostra Aut matura cadunt aut cito acerva ruunt. Domatius Tiras filiae dulcissimae.* Hanc ita corrigas

Mala ut in arboribus pendent, sic corpora nostra
aut matura cadunt, aut cito acerba ruunt.

1555.

Anth. I. 77. Epigramma est in Gratias marmoreas, quas Victoria Columna, Ferdinandi Marchionis Piscariae coniux, in palatio suo habuit.

1556.

Anth. II. 24. Burmannus recens esse iudicavit.

1557.

Ex Add. T. II. p. 716. Aevi sequioris esse dicit Burmannus.

1558.

Anth. II. 209. Recens est.
2. *Euripides*] secunda brevi contra usum poetarum.
homo] *humo Hac iaceo* Ferret. quod proco.

1559.

Anth. II. 170. Poetae scholastici esse opinatur Burmannus.

1560.

Anth. II. 227. Conf. Schoenwisneri Antiquitatum et historiae Sabariensis libri pag. 86. Millin Magazin Encyclopedique 1803. T. III. pag. 222.

1561.

Anth. II. 20. *Antiquos esse hos versus, praestare non ausim.* Burmannus.

1562.

Anth. II. 95. Cf. Maiansius in Ep. p. XV. sqq.

1563.

Anth. III. 21. Ab Italo quodam fictum dicit Almeloveenius.

1564.

Anth. III. 146. Recens esse epigramma in Choerilo suo Naeckius demonstravit pag. 255.

1565.

Anth. III. 172. Cf. Add. T. I. p. 745. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 256.

1566.

Anth. III. 263. *Quod dulce carmen non tantum a recentioris aevi poeta conscriptum, sed etiam affectatae venustatis refertum dicunt Scaliger aliique, mihi vero e Graecis desumptum videtur, et ingenua suavitate satis commendatum.*" Handius ad Statii Silv. II, 120. Sed auctorem habere Ant. Thebaldeum Ferrariensem Leichius dicebat. (v. B. ad T. II. pag. 76.). Maffeius vero Augustino Brenzonio, qui XVI. seculo vixit, tribuit. (v. B. Add. T. II. p. 749.).

1567.

Anth. III. 266. Pithoeus Iulii Bulengeri esse adnotavit.

1568.

Anth. III. 267. Pithoeus et Scriverius Hieronymi Vulpii Novocomensis esse scribunt.

1569.

Anth. III. 269. Claverius Ioh. Aurato poetae Regio tribuit.

1570.

Anth. IV. 16. Antonius Augustinus Dialog. X. antiqu. pag. 164. Michaelis Marulli esse dicit.

6. *Pythio*] *Auctor novi carminis syllabarum modos ignoravit, aut veterum consuetudine neglecta* P y t h i u s *bisyllabum fecit.* Schrader. Ep. crit. p. LV.

1571.

Anth. IV. 17. Muratorius T. III. pag. 1806. 4. recentiorum seculorum fetum suspicatur, eique assentitur Schraderus Ep. crit. p. LV.

2. *nomen*] *numen* Schrader. Ep. crit p. LV.

1572.

Anth. IV. 22. *Facile apparet, haec epigrammata fuisse conscripta a nebulone, qui persuadere volebat Hellevenam esse* C a s t r a V e t e r a. Maiansius Ep. I. p 11.

2. *undevigesima*] *Notae leges carminis in una voce* **undevigesima** *bis turpiter neglectae nebulonis, qui popularibus inponere voluit, fraudem patefaciunt.* Schrader. Ep. crit. p. LVI.

1573.

Anth. IV. 35. *Maiansius ep. I. pag.* 41. *huiusmodi quisquilias flocci se facere declarans fictum credidisse videtur.* Schrader. Ep. crit. p. 57.

1. *Pyladen*] Pylades mihi videtur esse Anuii Novati patris filius. Chr. Saxe in I. Missu ad Muratorium. T. I. p. 544.

1574.

Anth. IV. 38. Burmannus fictum esse dicit.

1575.

Anth. IV. 58. Iam Pithoeus antiquum non esse epitaphium dixit.
7. *Christinae*] *Crispinae* Fabrettus.

1576.

Anth. IV. 59. Invenitur in Ioh. Ioviani Pontani Poematibus.

1577.

Anth. IV. 72. Heinsio et Schradero Ep. crit. pag. 59. ob Angelae nomen suspectum fuit.

1578.

Anth. IV. 76. Burmannus fictum esse epitaphium putat.
1. *et lac*] *en lac* Wakefield ad Lucret. I. 350.
liquida] prima longa. nec aliter Lucretius I, 350.

1579.

Anth. IV. 77. Schraderus docuit in Ep. crit. p. 59, duo esse epitaphia, unum in Lucretiam Maffaeam, alterum in gemellos Maffaeos.

1580.

Anth. IV. 85. Hendecasyllabi. Schraderus Francisci Columnae esse vult. Ep. crit. p. 60.

2. *Polyphilus*] peccat in metrum.
3. *sopitam*] peccat in metrum.

1581.

Anth. V. 95. Extat in poematis Basilii Zanchii.

1582.

Anth. IV. 99. Legitur inter carmina Cottae. Vulgo inscribitur *Quinterini pueri tumulus.*
5. *cur non*] vulgo hic versus omissus, qui extat in carmine Cottae.

1583.

Anth. IV. 112. Recens esse ex adnotatione Burmanni patet, nec aliter Schraderus iudicavit in Ep. crit. p. 64.

1584.

Anth. IV. 113. Recens esse Schraderus docuit in Ep. crit. p. 64.

1585.

Anth. IV. 114. Recens esse Schraderus docuit in Ep. crit. p. 65.

1586.

Anth. IV. 122. Bonada, Dorvillius, Burmannus carmen recens esse senserunt. Ac Dorvillio a Ioviano Pontano compositum videbatur.

1587.

Anth. IV. 167. Novum esse, agnoverunt Orellius ad Inscriptt. T. I. p. 566. et Schraderus Ep. crit. pag. 68. Sed Wernsdorfius in Poet. T. II. p. 41. Valerio Catoni vindicaverat, non alia causa quam ob nomen Lydae.

1588.

Anth. IV. 174. Extat hoc tenerrimum epitaphium Divione in ecclesia S. Magdalenae. Burmannus atque Schraderus Ep. crit. pag. 68. recens esse dixerunt.

1589.

Anth. IV. 187. Burmannus atque Schraderus in Ep. crit. pag. 68. et in Libro Emendationum p. 174. novum esse docuere. Cuiuscunque est, pulcherrimum esse sentio.

1590.

Anth. IV. 190. A Schradaeo in monum. Ital. pag. 3. sub nomine Dorotheae Tonnae, a Chytraeo in Delic. Var. Itin. p 352. sub titulo Iuliae Maffaeae affertur, unde recens esse collegit Schraderus Ep. crit. p. 68.

1591.

Anth. IV. 204. *Carmen hominis barbari.* Schrader. Emend. pag. 218. Ineptissimam pessimi versificatoris inscriptionem vocat Maiansius Ep. crit. p. 69.

1592.

Anth. IV. 214. Maiansius Ep. p. X. fictum putat, nec aliter iudicasse videtur Schraderus Ep. crit. p. 69.

1593.

Anth. IV. 244. Ex Itinere Keysleri p. 786. patet, epitaphium ab Antonio Epicuro, poeta Neapolitano, quia 1555. diem obiit, factum esse, nec aliter Schraderus iudicavit in Ep. p. 68.

1. *nata, sed heu*] *Nata, eheu* Keysler.

5. *nam tibi dumque*] *Dum tibi namque* Keysler.

1594.

Anth. IV. 251. Extat in Iani Anysii, poetae Neapolitani, carminibus lib. VII. p. 104. Cum titulo *De filio comeso a matre in obsidione Hierosolymitana.* Schraderum hoc carmen silentio praeterisse miror.

8. *haec-sidera*] i. e. solem et lunam. Burm. Add. T. II. pag. 693.

1595.

Anth. IV. 258. Carmen, quod in Schradaei tantum Monumentis Italiae p. 140. legitur, recens esse Schraderus dixit in Ep. crit. pag. 68., atque sententiam eius recenti more formatam quivis facile sentiet.

1596.

Anth. IV. 262. Ex Schradaei Monum. Ital. p. 243. patet, Claudiae Caglianae feminae rarissimae Neapolitanae hoc carmen inscriptum esse, nec aliter iudicavit Schraderus p. 68. Ep. crit.

1597.

Anth. IV. 280. Eis epigrammatis adnumerari debet, quae, tamquam ex Italia sibi missa forent, Angli credulis venditarunt. Ac Burmannus una cum Schradero in Ep. crit. p. 68. fictum esse docuerunt.

7. *tuum*] versus corruptus.

1598.

Anth. IV. 340. Maiansius Ep. pag. XXXVI. adnotat: Ego minime dubito de huius epigrammatis existentia, sed spurium esse omnino mihi persuasi: quod facile probabis, si versuum singulorum sententiam, pueriles imitatiunculas et ridiculam connexionem observare volueris, omnia ab illo tempore alienissima.

12. *contegit ossa lapis*] in epist. Maiansii p. XXXV. *conditus hoc lapide.* vulgo.

1599.

Anth. IV. 342. Legitur inter epitaphia recentia urbis Romae hac inscriptione *Perpetuae securitati Vicentio Macro Io. F. Vicentino philosopho et medico atque utriusque linguae iuxta erudito. Qui vixit ann. XXXV. Io. Georgius Prissinus amico dulciss. verecundiss. que op. d. s. m. p.*, unde Schraderus Ep. crit. pag. 68. delendum esse ex Anthologia antiqua censuit.

1600.

Anth. IV. 349. Emendatius edidi ex Boissonadii Commentation. Epigraphica Epistolis Lucae Holstenii addita pag. 429. „*Haec inscriptio*, inquit ille, *est celeberrima et, ni fallor, falso suspecta.* — Novam enim inscriptionem esse putat Schraderus in Epist. crit. pag. 68. atque Orellius in Inscriptt. Corpore T. I. p. 566.

2. *te in*] om. *te* vulgo.

perditus heu!] *p. ah.* vulgo.

4. *hinc dum te*] i. e. *ex hoc loco, ex hoc sepulcro tuo, cui insideo, te continuo aspicio, te, cuius suavissima imago meis usque observatur oculis.* Boisson. — *hinc, te cum* vulgo.

1601.

Anth. IV. 350. Burmannus ipse carmen aetatis non admodum vetustae esse dicit, idque Manfridi nomen satis comprobare videtur.

1602.

Anth. IV. 358. Ex inscriptione, quae in Schradaei libro legitur, apparet, Cynthiam, cui hoc epitaphium positum est, obiisse anno 1540., unde Schraderus carmen recens esse dicit in Ep. crit. p. 79.

3. *etenim*] Schraderus. *etiam* vulgo.
5. *te, Cynthia*] Schradaeus. *et Cynthia* vulgo.

1603.

Anth. IV. 389. Hoc epigramma, quod in Schradaei tantum Monum. Ital. pag. 161. legitur, recens esse puto, cum sententia eius ab antiquo more abhorreat.

1604.

Anth. IV. 400. Antonii Thebaldaei epigramma, ut iam Fabrettus p. 331. ex inscriptione eius luculenter demonstravit. Nec aliter indicavit Schraderus Ep. crit. p. 68.

1605.

Anth. IV. 401. Fabrettus pag. 331. eiusdem aetatis ac praecedens esse dixit, itidem recens esse Schraderus in. Ep. cr. p. 68. adnotavit.

1606.

Anth. IV. 403. Broukhusius ad Tibullum II. 4, 32. docet, Ioachimum Bellaium hoc epigramma sibi vindicasse, et ex Italico vertisse. Ioachimus Bellaius, poeta, historicus, grammaticus natus est ann. 1524. ut ex Saxii Onomastico T. III. pag. 265. patet. Schraderus quoque in Ep. crit. 68. recens esse monuit.

Appendix.

1607.

Anth. I. 170.
4. *Atride nec*] *Atridae aut* B.
20. *contendunt petere*] *Undique conveniunt, et virginitatis amore contendunt, dubii oppetere seu vivere cedat ille dies:* — Med. Wakker Amoenitatt. p. 157.
48. *quisquam*] *quisnam* Schraderus Add. T. I. p. 725.

1608.

Anth. I. 171.
3. *Cererem*] *cerem corruptam mundis emittit* ms. Salm.
8. *redoletque*] *redolentque* ms. Salm.
9. *verubus*] *veribus* ms. Salm.

1609.

Anth. I. 172.
3. *veris*] *verus* M. Wakker Amoen. p. 17.

14. *ergo iugo parat*] *ergo iussa parat* B. Add. T. I. p. 725.
104. *effata*] *affata* Schrader. Add. T. I. p. 725.
128. *parce*] Schrader. et Higtius Add. T. II. p. 711. *pasce* vulgo.
162. *dilapsus calor*] B. Add. T. II. p. 711. Klotz. in Antiburmanno p. 71. *delapsus color* vulgo.

1610.

Anth. I. 173. Wernsdorf. Poet. T. III. p. 57 et 357 sqq.
3. *incole*] *indole* Higtius Add. T. II. p. 711.
4. *voluptas*] *voluntas* Higtius.
10. *gravi conponam*] *graves conponant carmina fletus* vel *gravi cōnponam carmina fletu, Plus valet iste dolor* Higtius.
11. *dolorem*] — *nec conplent verba dolores,*
quae sensus patientis habet: nec regna requiro,
quae male victa dedi. Higtius.
15. *celerare*] Higtius. *celare* vulgo.
17. *meritisque*] *mentisque* Higtius. *metrisque* Wernsdorf.
19. *quid*] *quod* Wernsd.
20. *formal*] Schrader. Higtius. *firmat* vulgo.
21. *condemnat*] Schrader. Higtius. *commendat* vulgo.
28. *mira fides*] Higtius. Wernsd. *mira fide* vulgo.
33. *perdi*] *totum pro! crimine perdo.* Higtius.
4. *nutrivi*] de numero huius versus dixit Hermannus in Elem. p. 577. — *nunc tuor* Scaliger.

6. *coloni*] supplevit Scaliger.

9. *saepe*] Schraderus in Emendat. p. 12. *semper* vulgo.

11. *primitus tenera*] Hermannus in Elem. p. 575. Silligius. *primitu et tenera* vulgo. *primitus et tenera* Santenius ad Terentianum p. 270.

15. *hanc-aram*] Muretus. Silligius. Anton. *haec arma* mss. Dukerus.

20. *Priapus*] *Priapi* Heinsius.

1700.

Anth. VI. 87. Versus Priapeii. His versibus Catulli nomen a Terentiano p. 127. adiectum est.

2. *quaque silva*] *silva* supplevit Scaliger. *qua portusque, Priape* supplevit Santenius ad Terentianum p. 364.

1701.

Anth. III. 264.

2. *nostrae-puellae*] *vestrae cultior hortus est puellae.* Menagius ad Diogenem Laert. T. I. p. 441. ed. Huebneri.

3. *nam Priapus*] *hortorum deus ipse quaestuosum.* Menagius.

1702.

Burmannus attulit in adnotationibus ad T. I. p. 715 et T. II. p. 559 et 572.

1703.

Anth. V. 218. Hendecasyllabi.

3. *feras quid*] *f. quod orto* Gorius.

4. *obduxi licet*] *obducas* B. ne indicativus *licet* sequatur.

1704.

Anth. V. 219. Est carmen populare in Priapum, satis memorabile. Hendecasyllabi.

4. *bonis*] *bonus* B.

6. *dissipem*] versus Sapphicus interiectus ut v. 10, 23.

A d d e n d a

in textum.

pag. 8. lin. 7. *custodes ovium, teneraeque* comma delendum est.

- 10. ep. 40. 1. *concoquit frigus, calore* legendum mutata interpunctione *concoquit, frigus calore* i. e. Prometheus concoquit gentem, miscens calore frigus atque humore aritudinem.
- 11. ep. 47. 1. *pudentis* leg. *pudentes.*
- 11. ep. 49. 2. *quom experrecti sient* leg. *quando experrecti sient:* sic versus constat. In eodem epigr. quintum versum inde a verbis *qui videt-tempora* non intelligo. In versu nono legendum *diversum ferri*, ut apud Nonium extat p. 295. v. *experritum*, non *diversim.* In versu octavo interpunctio tollenda post *tribus.*
- 13. ep. 55. 10. scribendum *etenim ipsi di negare cui n i l potuerunt*, nec aliter versu ultimo *sepulcri similis n i l nisi nomen retineo*, non *nihil.* In v. 20. legi potest *Satifacere populo et tali poteram viro.* expulso *cum.*
- 14. ep. 57. v. 8. *nequitiae nidum in eacabo fecit meo.* Nonne legendum est: *nequitiae nidum in cacabo fecit t u o*, ita ut respondeat supra *t u o palato* et *Gallina t i b i Numidica.*
- 23. ep. 94. v. 4. *longe est tangere, quod nequeas* mutanda est interpunctio: *longe est, tangere quod nequeas.*
- 28. v. 14. *carmina cum lingua tum sale Cecropio.* legendum *carmina, cum lingua tum sale, Cecropia.* aliter enim sermo contortus.
- 35. ep. 109. v. 13. *regis eras, Etrusce, genus tu Caesaris almi* interpunge post *genus.*
- 36. v. 44. *Iam nunc ille tener.* An *T a m nunc ille tener tum gravis hostis erat!*
- 37. v. 93. *victor potiatur in umbra,*
  victor odorata dormiat inque rosa. interpungo
  victor potiatur, in umbra
  victor odorata dormiat inque rosa i. e. victor potiatur amore, et dormiat in umbra odorata et in rosa.
- 48. ep. 135. v. 5. *solus honor nobis, arx et tutissima nobis.* An *Solus honor n o s t r i s arx et tutissima r e b u s?*

pag. 66. ep. 190. v. 15. *Ah! pudor extinctus doctaeque infamia turbae sub titulo prostant.* legendum addito signo exclamationis in fine prioris versus.:

Ah pudor extinctus, doctaeque infamia turbae!
Sub titulo prostant int. Musae.

- 94. ep. 236. v. 8. *Purpureos sibi flos vultus non pingit Iacchum* interpunge *Purpureos sibi flos vultus non pingit, Iacchum* i. e. flos purpureos sibi vultus non pingit, nova frons monstrat nec Iacchum nec mitem laetitiam. *Nec* supplendum ante *Iacchum.*
- 95. v. 13. *Occubuit minor hic fractis et viribus, astu* interpunge *Occubuit minor hic, fractis et viribus astu* i. e. occubuit hic minor, et Amphitryoniades torpuit fractis viribus, oppressus astu.
- 95. ep. 239. v. 2 et 3. *considens* legendum *confidens* i. e. ut Notus Icarium mare verrit vi sua fretus.
- 97. ep. 244. 3. *ripam* lege *ripas.*
- 102. ep. 260. v. 1. *Phoebaeo* lege *Phoebeo.*
- 113. ep. 283. v. 30. *Mulcet agros lenique astris adremigat aura.* Wakef. ad Lucret. I. 9. p. 6. emendat:

  „*Mulcet agros, lenique satis adremigat aura;*
  Protinus ut liquidum Phoebi iubar ore reclusit. Male Burm. coniectat *blanditu* in secundo versu. Et *satis* i. e. segeti de meo dedi pro mendoso *astris. Adremigat satis* nempe: quo non potuerat elegantius. Rescripsi quoque *reclusit* vice *recussit,* et vere, ni fallor." — In v. 6. coniicit Nodellius Obss. critt. p. 72.

  Ostentans retegensque nitentia membra tegendo.
- 114. v. 64. *spicula costis* legendum *spicula castis.*
- 117. v. 7. Odae *monumenta secti* leg. *monumenta secli.*
- 117. v. 14. *Ut solet, in somnis animus ventura repingens* etc. Interpunctio his versibus corrupta. Legendum:

  ut solet in somnis animus ventura repingens
  anxius et vigili praesumere gaudia cura,
  Phoebei etc. i. e. ut in somnis animus anxius, et vigili cura ventura repingens, gaudia praesumere solet.
- 119. v. 65. *Varius* Weichertius in Comment. de L. Vario I. p. 23 docet, hoc loco non Varium sed *Varum* intelligendum esse, illum nempe belli ducem, cui Virgilii Ecl. X inscripta est.
- 119. v. 71. *Cassius hic magni vindex* leg. *Cassius hic Magni vindex.* Pompeius enim intelligitur.
- 122. ep. 291. v. 5. *pulchra sed immenso qui duxit culmina coelo.* An *qui eduxit culmina coelo* ut ep. 294. Publica qui celsis *educit* moenia tectis. Ibidem v. 7. *publica vox* corrige *publica rex.*
- 125. ep. 299. v. 22. *quod verbis epigrammaton facetis*] corrigo *quos verbis epigrammaton facetis* etc.
- 130. ep. 314. Totum epigramma ex ms. Thuaneo sic legendum est:

Quo festinus abis gula impellente, sacerdos?
An tibi pro psalmis pocula corde sedent?
Pulpita templorum, ne pulpita quaere tabernae,
Quo caeli laudes, non phialas referas, In 1. versu *cuila inpelente*, in v. 4. *filas* codex habet.

pag. 132. ep. 320. v. 9. *decebet* leg. *decebit.*

– 133. ep. 322. v. 4. *Bachum* leg. *Bacchum.*

– 140. ep. 351. v. 2. *cuncti viscera negotii* legendum *cuncta viscera negotii*, ut Forberg. ad Hermaphroditum p. 141 affert.

– 146. ep. 368. v. 3. *Insanam potius te probo psaltriam* An *insanam potius te p u t o psaltriam?*

– 146. ep. 369. v. 2. *Te pretium* leg. *Da pretium.*

– 150. ep. 382. v. 14. *una omnis* leg. *una omnes* et v. 25. *limina nova* leg. *limina nota.*

– 151. ep. 383. v. 3. *Hinc radios sol ipse capit, quos huic dare possit* legendum *Hinc radios sol ipse capit, quos huic dare poss e t. Posset* recepi ex ms. Thuaneo: nam aut *posset* aut *potest* sententia postulat.

– 156. ep. 389. v. 35. *velis* contra morem prima longa, v. 36. *pridie* contra morem prima brevi dicitur.

– 158. ep. 390. v. 2. *duobus* leg. *duabus.*

– 167. ep. 411. 5. *Aetneum* leg. *Aetnacum.*

– 177. ep. 476. 3. *iacit* leg. *iecit.*

– 179. ep. 483. 4. *Scorpion* leg. *Scorpius.*

– 191. ep. 542. v. 3. *tempore, ac longo fragile ac caducum*] legendum *tempore, ac longo fragile e t caducum.* ex mss. Voss. Scalig.

– 219. ep. 643. *squammeus — squammeus*] leg. *squameus — squameus* una *m.*

– 232. ep. 700. v. 2. *Ne stola te dubium teneat cultusque venusti corporis ambiguus* etc. An *ambiguum?*

– 232. ep. 701. v. 1. *Magnus Alexander bellisque horrendus et armis.* Delendum *q u e.*

– 237. ep. 723. 4. *arce* legendum *arces.*

– 238. ep. 730. 3. *profugas* legendum *profugus.*

– 254. ep. 820. v. 15. *In damnum felix et victor, ut inpius esset Nescius.* An *In damnum felix et victor, et inpius esse Nescius?*

– 268. ep. 862. v. 3. *nec me praelatum cupio tibi ferre poeta.* Legendum aut *nec me praelatum cupio tibi ferre poetam*, consentientibus duobus mss., aut *nec me praelatum cupio tibi, summe poeta,*

Tom. II.

pag. 6. ep. 890. *In ursum Togatum* leg. *In Ursum Togatum.*
- 8. ep. 894. v. 5. *Haec nunc Bellator* dele punctum.
- 8. ep. 895. v. 2. *ut mutare magis saepe fluenta libet* An *e t mutare m a r i s saepe fluenta libet?*
- 14. ep. 918. v. 8. *corporeas* leg. *corporeo*s.
- 17. ep. 920. v. 115. muta commate punctum in fine versus.
- 27. ep. 948. v. 5. *an nescis populi fastum* legendum *an nescis populi p a s t u m.*
- 41. ep. 997. v. 7. *optat in formam bonis* leg. *optat in formam b o v i s*
- 45. ep. 1012. v. 3. *vincere nec libeat villosa beste*] leg. *vincere nec libeat villosa v e s t e.*
- 46 ep. 1016. v. 3. *Si pictas volucres* legendum *S i c pictas volucres* etc.
- 50. ep. 1027. v. 2. *Conticuit mediam rerum confectio noctem.* Legendum *Conticuit media rerum confectio nocte.*
- 52. ep. 1030. v. 13. *Omnia cum redeunt, homini sua non redit aetas.* An *Omnia cum rede a n t?*
- 52. ep. 1031. v. 3. *dum subit* legendum *tum subit.*
- 72. ep. 1102. v. 1. *constructa limphis et ultra.* An *et ulva?*
- 76. ep. 1125. v. 1. *Dum sis patris heres* legendum *Cu m sis patris heres.*
- 81. ep. 1143. v. 25. *Te insontes palmam semper tribuere patrono* Nodellius in Obss. crit. p. 71. emendat *Te insontes palmam semper t e n u e r e patrono.* Deinde v. 30. *Ad te n o n breviter: nam sic te velle putamus.* Nodellius p. 3. legit *Ad te n u n c breviter.*
- 86. ep. 1162. Hoc epigramma, quod ex Osanni sylloge sumsi, ex Virgilii versibus in Aen. II. 536. constat, unde legendum est:

  Di, si qua est coelo pietas, quae talia curet,
  Persolvant dignas grates et praemia reddant.
- 91. ep. 1177. v. 5. *Nullius thalamos turbavi, nemo queritur* legendum *nemo queretur.*
- 91. ep. 1178. v. 1. *Vivus mi feci ne post me lentius heres.* Nodell. Obss. cr. p. 66 emendat

  Vivus mi feci, ne post me l e n t i o r heres
  Conderet exiguo busta suprema l o c o.
- 94. ep. 1187. v. 2. *Cineres corpus.* Excidit *In cineres corpus.*
- 94. ep. 1188. v. 2. *posuit.* dele interpunctionem.
- 95. ep. 1194. v. 3. *Liberii soboles matrique patrique superstes* dele interpunctionem. Liberii enim liberi, matrique patrique superstites, patri suo hunc tumulum exstruxerant. *Soboles superstes dedere* pari ratione dictum qua Sallustius *senatus prudens censuere.* Ideo interpretatio, quam in adnotatione adieci, extirpari debet.

pag. 104. ep. 1227. v. 25. *has audite preces* legendum *has audire preces.*

- 111. ep. 1259. v. 1. *fati quod lege necesse* legend. *fati quod lege necessest.*
- 113. ep. 1268. *Xantiae et Tydonii* leg. *Sydonii.*
- 115. ep. 1273. v. 4. *dolere sini* legendum *dolere sinu.* i. e. sich herzlich zu betrüben.
- 142. ep. 1363. v. 6. *femina, fortuna celsior ipsa manu* legendum *femina fortuna celsior ipsa sua.*
- 142. ep. 1364. v. 2. *nec licuit misero me superesse meis.* An *nec licuit misero mi superesse meis?*
- 144. ep. 1370. In inscriptione legitur *pia et sancta suo* legendum *pia et sancta viro suo.*
- 146. ep. 1377. *M. Acilius L. F. Fortanus* legendum *Fontanus.*
- 156. ep. 1420. In subscriptione: *Hoc sepulcrum F. Fl.* leg. *T. Fl.*
- 160. ep. 1435. v. 2. *dum vacat et acita* legendum *dum vacat et tacita.*
- 161. ep. 1438. v. 1. *Parvo sub hoc tumulo* legendum *Parva sub hoc tumulo.*
- 166. ep. 1459. *Murhino* leg. *Murrhino.*
- 170. ep. 1476. v. 1. *annos extungere* An

  Non potuit totos ter denos exigere annos.
  Heu quantus etc.
  Plus amor est animum, lacrimisque incenditur ardor.
  Nulla datur requies, haeretque in pectore vulnus.

  In v. 3. *est animum* valet: comedit animum.
- 173. ep. 1487. v. 3. *quos superat.* vulgo legitur *quo superat.* Nunc emendare malo *quod superat.*
- 176. ep. 1498. v. 3. *fuge si tecum ceperit* An *nec fuge, si tecum coeperit umbra loqui?*
- 179. ep. 1512. v. 1. *Haec ego bis denos nondum matura per annos* An *Hac ego,* ita ut *hac* pertineat ad *humo,* quod sequitur.
- 186. ep. 1538. v. 1. *gravido* leg. *gravida.*
- 202. ep. 1597. v. 7. *tuum moestus avus, tuum propinqui*] *versus corruptus.* Integer est versus: ab iambo enim incipit hendecasyllabus.

A d d e n d a

in adnotationes.

pag. 3. lin. 3. *sepolcro* legendum *sepolcro.*

- 3. - 4. *prezso* leg. *presso.*
- 4. - 5. *Teraunilia* leg. *Keraunilia.*
- 4. - 6. a fine *duonorum* leg. *duonorum*]. Hoc signum saepenumero omissum est.
- 7. in ep. 11. *impedit* leg. *impedivit.*
- 7. in epigr. 14. Naeke in Indice Praelectionum a. 1833. hos versus non Saturnios esse docet, sed hexametros ex annalibus Ennii sumtos, quorum numerum Livius dissolverit. In Paulli Diaconi Historia Miscella II. 1. iidem versus in modo heroico leguntur·

  Qui invicti ante fuere viri, pater optime Olympi,

  hos et ego in pugna vici, victusque sum ab isdem. Vid. Iahnii Annall. 1833. IX. I. p. 112.
- 10. ep. 20. v. 4. *Hanc ego rationem minus probo.* adde: Conf. Wagnerus ad Virg. A. IX. 151.
- 10. in ep. 20. v. 6. excidit vulgata lectio: *Surrenti lopadas; glaucum Cumas apud. at quid.*
- 11. in ep. 21. v. 2. *nam tibi munimentum* leg. *nam tibi munimenta.*
- 14. in ep. 31. lin. ult. *his situs* leg. *hic situs.*
- 18. in ep. 40. lin. 23. *improbans Scaliger* legendum *Scaligeri.*
- 18. ep. 41. v. 2. *tantidem pro tantundem Ruddimannus p.* 125. add. Sed hoc loco *tantidem* non pro *tantundem* ponitur, sed eo sensu quo dico: *emo tantidem*, ita ut respondeat praecedenti *nummo curare* i. e. was wunderst du dich, dass Serapis um Geld kurirt: kurirt nicht Aristoteles um den gleichen Preis?
- 20. ep. 48. lin. 2. *Dordrae* legendum *Dordrac.*

pag. 20. ep. 50. lin. 7. a fine *Dordrae* leg. *Dordrac.*

- 26. ep. 66. v. 2. *obscuro lumine Pisces.* aliter in epigr. 481. *fulgenti lumine Pisces.*

- 30. ep. 73. lin. 6. *tegurio dicitur. B. ad Petron.* leg. *tugurio dicitur. B. ad Propertium.*

- 33. ep. 78. v. 6. *In Salemonis episcopi* etc. leg. *In Salomonis episcopi* etc. Burmanni enim errorem Saxius in Onomast. T. II. p. 132. correxit.

- 41. epigr. 100. Miror sane, interpretes hoc epigramma aut in Pompeium aut in Mithridatem, aut in Alexandrum Magnum, aut denique in Antonium dictum existimasse: in nullum enim eorum, si rem considerare voles, cadere potest. Putares describi Hannibalem, si non in v. 4. dixisset poeta *hic reges Asiae fregerat.* Sed nescio an *Iugurtha* his versibus significetur.

- 46. ep. 106. *Wagnerus eius esse negat. Assentitur Medenbach Wakker.* Illud *assentitur*, ne ambiguum sit, muta: *In eadem sententia est Medenbach Wakker;* multo enim prius quam Wagnerus hic vir doctus sic iudicavit.

- 48. ep. 108. add. Wernsdorf. Poet. T. II. p. 71.

- 51. lin. ult. II. 148. add. Anth. II. 148.

- 63. ep. 121. v. 7. *ratibus c. prensis* An *ratibus pronis* i. e. concitatis?

- 65. ep. 122. Add. Fragmentum elegiae esse censet Scaliger.

- 73. ep. 145. *Observavimus, multos aliorum poetarum versus carminibus suis inseruisse* add. Sic in epigr. 175 versus Virgilianos, in ep. 180 versus Lucretii inseruit.

- 74. ep. 151. v. 4. *Has inter ludebat aquis errantibus amnis*] Wakefield ad Lucretium V, 517 emendat:

Has inter lucebat aquis luctantibus amnis. et v. 7. *quae circum gramina fusae Ac molles violas cantu sua rura colebant.* idem corrigit ad Lucr. IV. 139: *quae circum germina fusae Ac molles violas cantu sua rura fovebant.*

- 74. ep. 152. v. 5. *albaque de viridi riserunt lilia prato.* Wakefield ad Lucr. I. 188 mutat *actaque* i. e. emissa, extrusa, sublata.

- 74. ep. 155. v. 3. *Sirenumque domus.* An *Sirenumve domus?* Italiam domu Sirenum significari, palam est.

- 76. ep. 168. v. 4. *Areaque attritis ridet adusta pilis* i. e. splendet: nitent enim capita calvorum. Wakefield ad Lucr. II. 501.

- 77. ep. 173. v. 4. *tuis i. e. tuis sacris.* Haec delenda sunt. Construo *Lydus templum ponit in tuis Hypaepis* i. e. in Hypaepis, quae tibi, Priape, sancta sunt.

- 77. ep. 177. v. 5. ut *Virg. A.* add. lib. XI. 854.

pag. 82. ep. 188. v. 8. *iunzit* leg. *iungit*.

- 82. ep. 189. v. 6. *pia carmina Homeri*. Coniicit amicus quidam doctus: *Legi tria carmina Homeri*, intelligens Iliadem, Odysseam, Batrachomyomachiam.
- 84. ep. 191. v. 4. *has saepe soleri* l. *solere*.
- 84. ep. 192. *hephthememeri* leg. *hephthemimeri*.
- 87. ep. 202. v. 9. *utrisque-utrisque* add. Nunc vulgatam lectionem *utrique-utrique* non amplius a loco moverem, praesertim cum in v. 12. legatur *victor uterque fuit*.
- 88. ep. 207. v. 2. *ambulare* pronuntiandum *amblare*. add. idque facies, si cum Schradero putabis, iambicos esse versus. Salmasius vero atque Heinsius versum secundum quartumque pro trochaicis habuere, nec erat alia causa, cur Heinsius in v. quarto *cimices* coniiceret: id enim primam longam habet, quod cum trochaico numero convenit.
- 89. ep. 209. v. 6. *ac redit* vir doctus suspicatur, *ac redit*, *ex* corruptum esse.
- 92. ep. 223. add. v. 27. *mox Sicula* leg. *mox Siculae tenet arva domus*, *Manesque parentis*, ut iam Oudendorpius correxerat.
- 93. v. 59. *vulnere Mezenti laudaem nam fecerat iram* leg. *non segnior instat Vulnere Mezenti: audacem nam fecerat ira.*
- 93. v. 65. *non negat et contra pugnat* leg. *non negat: at contra pugnat.*
- 93. v. 68. *pugnae vices* Oudend. leg. *pugnaeque vices* Oudend.
- 93. ep. 225. v. 1. *principium* senarius corruptus. Vir doctus suspicatur

  Principium vitae obitus ***nobis*** *meditatio est.* vel
  Principium vitae obitus ***ferme*** *meditatio est.*
- 99. ep. 235. v. 65. *testor* inserit Oudendorp. add. Similiter in versu sequenti legendum cum Burmanno *Viscera sunt; notumque* etc.
- 99. v. 88. *Quid causas petis in me exitiumque meorum.* excidit signum interrogationis in fine versus.
- 99. v. 129. *velati capita ramis* corrige *velati* ***tempora*** *ramis.*
- 99. v. 145. *caput a vertice revulsum* corrige *caput a cervice revulsum.*
- 99. v. 188. *Quid tantum Oceano properent* lege *Quid tantum Oceano prope****rant****.*
- 99 v. 189. *Nescio quod certum est.* lege cum Burmanno ex Virg. Ecl. VIII. 107 *Nescio quid certe est.*
- 99. v. 208. *Hic nostri reditus* lege *Hi nostri reditus.*
- 99. v. 298. *Add. T. p. 727.* lege *Add. T. I. p. 727.*

pag. 100. v. 387.' *aut qui tibi. corruptum. Excidit aliquid* add. Oudendorpius corrigit: *aut si tibi nostri Pulsus amor (iuris materni cura remordet) Natis parce tuis.*

– 101. ep. 241. v. 3. *violentis ictus* Thuan. add. Satius eram, a vulgata Burmanni lectione *violenti victus* non discedere, quia codicis Thuanei lectio, quae praeterea a Turicensi quoque e. 58. confirmatur, in metrum peccat. Ultima enim vocabuli *violentis* brevis est. Quare aut *violenti victus* aut *violenti strictus* scribendum esse puto. In v. 4. ms. Turicensis legit *frigis* in v. 6. *txerat ipse* a. 1. mann, *tutaverat* a. 2. In v. 8. ex ms. Turic. recipiendum puto *Quos fletus Hecubae, quos dedit Andromachae!* Hanc enim lectionem praecedens quoque versus postulare videtur. In v. 9. legitur *rephsum.* in v. 10. *merens acumulavit.*

– 102. ep. 245. v. 4. *In Thuan.* 8071 *neque a 3tio neque a 4to versu abest est teste Sillígio.* Hoc prorsus mutandum est. In Thuaneo quoque et in 3tio et in 4to versu *est* omittitur. Quem in errorem me induxerat impeditissima Sillígii manus, qui *fehlt* et *steht* vix discernendis litteris scripsit.

– 109. ep. 262. v. 13. *utraque fert auris aurum. In auris* ultima syllaba contra morem producitur.

– 109. v. 62. *deum non posuisset eum. Iovem B., ne par sonus inter deum et eum existat.* Add. Hunc sonum in hoc ipso carmine invenies ut in versu 2. 8. 14. 24. 26. 28. 30. 32. 40. 44. 48. 50. 52. 56. 58. 60. 70. 78. 80. 82. 84. 88. 90.

– 109. v. 74. *regna perire* adde hanc adnotationem: *Paris te, non Helenam praetulisset, nec paternum regnum perdidisset Priamus.* Altera enim explicatio *Si tu cum deabus contendisses, te, non Venerem Paris praetulisset* ad versum 86. spectat.

– 111. ep. 267. v. 12. *bisseno-fasce.* Add. Non ad Symmachi consulatum, quem viginti post hanc epistolam scriptam annis adeptus est Symmachus, sed ad proconsulatum eius Africae, quem a. 370 cepit, haec verba referenda esse monuit Susius in Susianis ad Symmachum Part. VI. p. 13. coll. Part. VII. p. 2.

– 114. ep. 274. v. 2. *freta, portus*] *portus, freta* Walckenaer. add. Walckenaerii lectio recipi debet, quia sic tantum *portus* pluralis esse potest: in vulgata lectione singularis est, quia ultima brevis. Porro v. 7. eum eodem Walckenaerio legendum erat *ter quinis aperit cum fascibus annum* i. e. als er das Jahr mit dem 15ten Consulat beginnt.

– 119. ep. 282. v. 36. *Do, quodvis*] Oudendorp. Legendum erat *Do, quod vis, licet* Ich gebe dir, was du willst, obgleich die andern Göttinnen mir Krieg und Tod drohen mögen. Oudendorpius *quidvis* scribere debebat. Nodellius in Observatt. Critt. p. 64 legit *Do*

quodvis, licet arma mihi mortemque minetur intell. *amor.* secundum Virgilium A. IX. 348. *Dicam equidem, licet arma mihi mortemque minetur.*

pag. 123. ep. 295. v. 17. *meroris*] *contra metrum.* add. At similia exempla infra in ep. 325. adnotavi.

– 125. ep. 303. v. 6. *transnatat*] *sic scripsi.* add. Praeterea verba huius versus melius struenda sunt: *Ac solet quo liber esse transnatat suum mare.*

– 126. ep. 309. v. 4. *capitis*] *hic versus una syllaba brevior.* add. An *capitis velo capessit?*

– 127. ep. 319. v. 5. *orge* B. *sed vitiosa est lectio.* Add. Forberg ad Antonium Panorm. p. 198 coniicit *vacua cur arrigis ara* aut *vacuae cur arrigis arae?* aram enim mentulam vocari putat, quia puellae mentulae faciant libamenta.

– 127. ep. 325. v. 7. *quesumus* add. *quesumus* ex *quaesumus* corripitur, ut ep. 295. v. 17. *Erige languentem, morbos depelle*| *mĕroris.* ep. A. III. 190, 4. *fĕditas* in mss. Salm. Div. Thu. ep. A. V. 166. *Ŏdipum* pro Oedipo. A. V. 196 *hĕres.* A. V. 205, 6. *obscĕnitas.* Conf. Vossii Aristarchus T. I. p. 132. ed. Foertsch. A. II. 109. *Ĕgyptiaci.*

– 128. ep. 329. v. 1. *sternis* legendum *stertis.* add. Nec aliter in ms. Thuaneo, in quo hoc epigramma sic legitur:

Stertis anelanti fessus quod corde licaoni
exorent lucis munera parta Dei
et tibi vigilias semper nox tetra ministrat
iam scio te nostro vivere nolle die.
Aut si tale tibi studium natura paravit,
vix danti podas sis velut intere di.

– 130. ep. 343. v. 10. *cui-parit legendum aut quo-salit, aut quem pascit* ut *polus pascit sidera ap. Virg.* Delenda sunt illa *aut quem pascit ut polus pascit sidera ap. Virg.* Acquiesco enim in *quo salit*, alterum *pascit* metrum non patitur.

– 130. ep. 348. v. 7. *sua rota* leg. *sua vota* et ibidem *nec famam* leg. *ne famam.*

– 131. ep. 357. v. 7. *hoc, quod antea desertum erat, loco* leg. *hoc, qui antea desertus erat, loco.*

– 132. ep. 358. v. 12. *constituit-medit.* leg. *constituit-meditanda.*

– 136. ep. 385. v. 28. *gravi*] *non deest teste Sillingio in ms. Thu. uti B. retulerat.* Corrigo *Deest in ms. Thu.* et vide, quae annotavi in Add. ad ep. 245.

– 140. ep. 591. v. 5. *parati*] Goldastus in *Ovidii Nasonis Eroticis et*

Amatoriis Opusculis p. 190. legit *parabant*, quod praefero. Ibidem v. 15. Post hunc versum versus excidisse videtur: trinis enim versibus certant ver atque hiems, hoc autem loco post duos versus loqui desiuit hiems. V. 18. *crescentem luce serena* Goldast. legit: *crescenti luce serena*, quod probo. i. e. mit dem wachsenden Tage. Anth. IV. 353, 6. *crescente aevo* mit zunehmenden Jahren. V. 23.

Qui torpore gravis, tenebrosis tectus in antris,
Post epulas Veneris, post stulti pocula Bacchi.

Verbum sententiae deesse, aegre fero, unde legendum puto: *Qui torpore gravi es tenebrosis tectus in antris* etc. Goldast. legit: *Qui torpore gravi tenebrosis* etc. Sed sic quoque soloecismus latet, quem Nodellius in Observ. Crit. p. 69 hoc modo expungere curavit:

Quae torpore gravis, tenebrosis tecta sub antris,
post epulas veniens, post multi pocula Bacchi.

pag. 142. ep. 392. v. 9. *Goldasti similem, nec tamen parem transpositionem versuum continere videtur.* Sic scripsi, cum Goldasti librum nondum nactus eram. Nunc vidi, ordinem versuum apud Goldastum hunc esse:

Dic, filomela, velis cur noctem vincere cantu?
  Ne noceat ovis vis inimica meis.
Pestem, dic age, num poteris depellere cantu?
  Aut possim aut nequeam, me vigilare iuvat.
Vox, filomela, tua citharas in carmine vincit,
  Et superat miris musica flabra modis.
Vox, filomela, tua curarum semina pellit,
  Recreat et blandis anxia corda sonis.
Vox, filomela, tua cantus educere cogit,
  Inde tui laudem rustica lingua canit.
Florea etc.

– 143. ep. 395. v. 27. *novum* B. suspectum habet. add. Nodellius Observat. crit. p. 65. coniicit *Confer opes, marmor Nomadum.*

– 149. ep. 484. v. 4. *et Libram quam Caesar habet* i. e. et Libra, quam Caesar habet. Constat, Virgilium (Georg. I. 34.) et Manilium l. IV. 545 sqq. Augusto Librae locum assignare propter iustitiam eius et aequitatem.

– 150. ep. 498. v. 1. *Vere novis laeta decorantur floribus arva* leg. *vere novo laetis decorantur floribus arva*, ut vulgo legitur. In carminibus enim poetarum scholasticorum numerorum leges violari non solent.

– 151. ep. 508. v. 2. *versus ut amnis abit* legendum *versus et amnis abit ut in ep.* 506.

– 154. ep. 539. v. 2. *nam fugere serpens* legendum *nam sugere serpens.*

– 155. ep. 543. v. 27. *Atqui sunt, quos propter.* An *Atqui sunt,*

quas propter etc, int. opes. Ja Geld ist es, um dessen Willen die Habsucht Verträge zu brechen wagt. Aliter interpretatur Wernsdorfius.

pag. 161. ep. 568. v. 3. *genitor.* Oudendorpius in Add. T. II. p. 701. *genitorem* pro Iove simpliciter non poni dicit, sed eum refutat iam epigramma 565, et Virgilius in Aen. I. 155, ubi Neptunus eodem modo *genitor* appellatur.

- 168. ep. 596. *Hi versus multa arte compositi sunt, quippe serpentini simul ac reciproci.* Erravi. Serpentini enim sunt, reciproci non sunt. Quare alterum distichon delendum est.

- 172. ep. 612. v. 2. *pendet amore Venus.* Aut Piersoni coniectura *perdita amore Venus* praeferenda, aut legendum *Ardet amore Venus.* Sed idem hemistichium invenitur in Anth. I. 173. v. 9. *Pendet amore domus, castus dolor auget amorem.*

- 180. ep. 657. *Deterioris enim seculi scriptores Iason, iaspis tribus et duabus syllabis efferebant.* Delendum illud *tribus et.*

- 191. ep. 724. Osannus in Sylloge Inscriptionum fasc. VIII. p. 403 lusum poeticum esse dicit, a nescio quo poetastro in speciem inscriptionis compositum. Idem versum ultimum aliter legit:

  Aspice res hominum quam brevis urna tenet.

- 191. ep. 729. v. 4. *Durachii* legendum *Dyrrachii.*

- 192. ep. 734. v. 2. *victor. victus* H. Ego quoque Heinsio assentior.

- 198. ep. 771. v. 6. *mare Caspicum* legendum *mars Caspium.*

- 204. ep. 800. lin. 5. *ep.* 459 legendum *ep.* 801.

- 206. ep. 812. v. 6. *ep.* 467 legendum *ep.* 818.

- 212. ep. 837. *in flammas moriens iussit et igne dare. Igne* dativus est, ut in ep. 1186: *Nomine me rapuit mors inimica meo.*

- 215. ep. 856. Primus versus Rustici aliusve scriptoris est, reliqui Virgilii in Aeneide I. 607; quare interpunctio primi versus in colon immutanda est, interpunctio tertii versus in comma.

- 217. ep. 862. Extat in Goldasti Opusculis Eroticis Ovidii.

Tom. II.

pag. 5. ep. 888. v. 4. *et libet* legendum *et licet.*

- 10. ep. 904. v. 2. *fundere vita locos.* *An callens cingere vite locos?*

- 12. ep. 913. v. 1. *Ante rate s Siculo discurrent aequore pisces* legendum: *Ante freto s Siculo discurrent aequore pisces*

i. e. vorher werden aus dem Sicilischen Meere die Fische über die obene Fläche springen. *Aequor* eodem modo apud Virgilium legitur Aen. V. 446. *Praecipitemque Daren ardens agit aequore toto.*

pag. 16. ep. 932. v. 1.) *spes summa malorum*] Sic poeta dixit pro *spes summum malorum*, nisi potius corruptum putamus ex *spes, cura malorum.*

- 17. ep. 982. v. 22. *nec perit atque redit*] an legendum *nam perit atque redit?*
- 28. ep. 980. adde: *ap. Wernsdorf. Poet. T. VII. p.* 132.
- 28. ep. 981. adde: *ap. Wernsdorf. T. VII. p.* 133.
- 29. ep. 982. adde: *ap. Wernsdorf. T. VII. p.* 133.
- 37. ep. 1024. Anth. V. 1. *quartus vero, qui sepulcrales inscriptiones continet, agmen ducat.* Ineptum typographorum vitium: legendum enim *agmen claudat.*
- 39. ep. 1029. v. 7. *Phaethontius ardor*] *i. e. Saturnus, qui Φαίνων a graecis nominatur.* — *brumali frigore sidus*] *intelligitur Mars.* Perversa est haec explicatio. Phaethontius enim ardor hoc loco Martis stellam, brumali frigore sidus Saturni stellam significat. In eodem versu pro *suscipit* legendum videtur *suspicit.*
- 44. ep. 1055. v. 6. *teptant*] An *te spectant?*
- 51. ep. 1087. v. 17. *relicto hiatu inter parva haec.* adde: *vulgo, relicto hiatu* etc.
- 53. ep. 1099. *includitur in pelle caprino* legendnm *in pelle caprina.*
- 55. ep. 1116. v. 1. *adsurgere citro.* Falso sum interpretatus verba. Sensus enim est: Omnia poma citro cedere debent; alle müssen vor der Pomeranze aufstehen, ihr den Vorzug einräumen.
- 61. ep. 1155. Hoc epigramma editum est in Osanni Sylloge fasc. X. p. 556.
- 68. ep. 1194. v. 4. *dedere*] scil. *mater et pater.* Hoc delendum est; liberi enim Liberii huic tumulum extruxerunt.
- 69. ep. 1204. *brevis hora.* Nunc in vulgata lectione acquiescere malo.
- 70. ep. 1209. v. 5. *primo vitae nno* legendum *primo vitae anno.*
- 71. ep. 1210. *Carmen rude.* Tres priores versus sunt trochaici, in quorum secundo emendandum est *frugi matris conquiescit.* Quartus et quintus iambici sunt.
- 71. ep. 1215. Conf. Osanni Sylloge X. p. 521.
- 74. ep. 1232. *invisa est.* Vir Doctus coniiciebat *Fortuna in vi-*

ta, spes est frustrata iacentem. i. e. das Glück hat mich im Leben, die Hoffnung im Tode getäuscht.

pag. 75. ep. 1238. v. 3. *Nomen erat Clemens, minime laedendus, et annis Spes erat in puero.* An legendum *et omnis Spes erat in puero?* d. i. und alle meine Hoffnung ruhte auf dem Knaben.

- 76. ep. 1246. v. 12. *Hecuba flevit.* Eandem plane sententiam apud Ciceronem in Tuscul. I. 39. §. 93. legimus *Non male ait Callimachus: multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum.*

- 77. ep. 1250. v. 8. *alio pleno, quod*] *eorruptum.* Nunc corruptum non esse video. Cum enim annus vigesimus et primus nondum plenus esset, sive cum annum vigesimum primum nondum complevisset, vitam Aciliano rapuit Lachesis.

- 79. ep. 1266. v. 8. *tui*] *genitivus est.* Aliter nunc versum explicem. *quarum solatia nulla sensus tui sunt, sed nos, quis* (sic legendum) *nocuere, iuvant.* i. e. Nimm die Thränen, obgleich deine Empfindungen kein Trost für meine Thränen sind, aber sie sind eine Wohlthat für mich, wiewohl sie mir schaden. *Sensus tui* eodem modo versu 4 legitur *quorum sensus adhuc, quod dolet, intus amat* d. i. dessen Empfindung (dessen Herz) noch den Gegenstand ihrer Betrübniss liebt.

- 80. ep. 1268. v. 5. *nobis pueris*] metro reclamante. Legendum enim: *nam nobis puerulis simul* vel *nam nobis parvolis simul.* v. 8. *aera* legendum *aere* v. 18. comma puncto mutetur.

- 81. ep. 1274. v. 24. *Taccimi.* legendum *Tacuini.*

- 81. ep. 1275. *quod altero epigrammati convenit.* leg. *quod alteri.* v. 12. corruptus non est: pronunciandum enim *debus post.* In v. 13 *acerbam* non mutandum est; valet enim *immaturam, immatura morte raptam.*

- 82. ep. 1276. Conf. Osanni Sylloge X. p. 529 et 592.

- 82. ep. 1279. v. 1. *hunc tibi perpetuo titulum* Nodell in Obss. cr. p. 66 emendat *Hunc tibi perpetuum tumulum* etc.

- 83. ep. 1284. v. 3. *maligna*] legendum *maligne.*

- 85. ep. 1295. v. 3. Infinitivi *madere* et *sequi* pendent ab *egit.* Immo infinitivi historici sunt pro *Baccho madebat, simplicitate sequebatur cantus et molles choreas generabat.*

- 86. ep. 1297. v. 15. *bis senos*] *eorruptum. mater obiit XXII annos natus* legendum *nata.* Deinde coniiciebat aliquis, pro *bis senos* legendum esse *bis ternos.*

- 87. ep. 1300. v. 1. *eum me mea vita maneret.* legendum *eum mi mea vita maneret;* aut *me* altera forma dativi est. Idem error inest in ep. 1354. v. 2.

pag. 87. ep. 1302. v. 2. *his parce tumulis ingredi pedem saepe*] *saepe* corruptum est; legendum enim *His parce tumulis ingredi, pedem siste*.

- 88. ep. 1304. v. 3. *quaecumque*] *an quodcumque?* Non opus est. Conf. Ochsnerus ad Eclog. p. 364.

- 89. ep. 1312. v. 2. *qui tumulum lego* leg. *tego*.

- 89. ep. 1314. v. 2. *hunc titulum*] *metrum claudicat*. Nec mirum: haec omnia verba inscriptionem faciunt.

- 89. ep. 1315. v. 6. *nostri pectoris consortio*, post haec verba comma ponendum: *consortio* enim nominativus est. v. 15. legendum *aetatis usu consecrato foedere* i. e. im Zusammenleben, das durch das ehliche Bündniss geheiligt war.

- 90. ep. 1320. v. 12. *supremumque*] *In lectione Burmanni particula que offendor. Que* recte se habet; in fine enim huius versus punctum commate mutari debet. In v. 26. legendum *quos iungit tumulus, iunxerat ut thalamus*.

- 91. ep. 1324. v. 4. *noverit ut* legendum *noverit et* i. e. diesen soll das Volk von Mailand jetzt betrauern, und erkennen, dass ein grosser Mann gestorben ist.

- 94. ep. 1341. v. 15. *nunc quoniam fatum se ita tollit* legendum *tulit*.

- 95. ep. 1354. v. 3. *nec licuit lumen fato superesse parentes*. An legendum *nec licuit lumen fato superesse parentis?*

- 96. ep. 1356. v. 2. *Corpora*] *totus versus obscurus est. Corpora* aut pendet a *semianimes*, aut legendum *corpore*. Der Sohn hätte die beiden Körper der Eltern bestatten sollen, nun aber begraben sie halb entseelt am Körper meinen todten Körper.

- 99. ep. 1374. v. 3. *doleatur*] *moveatur* B. An legendum *doleat tam mortis acerbae?*

- 100. ep. 1380. v. 1. *Si non fatorum praeceps hic mortis obisset*. In *mortis* latet vitium: sententia enim nihil aliud desiderat nisi *mortem obisset*, idque ipsum in hoc epigrammate neminem offendat, cum eius licentiae multa reperiantur exempla. Versus secundus in ep. 1360 quoque occurrit.

- 100. ep. 1384. v. 3. *Abrepta superis flentes iam liqui parentes*] An *abrepta a Superis flentes iam linquo parentes?*

- 100. ep. 1385. v. 3. *valeant fratresque sorores*] An *fratres valeantque sorores?*

- 101. ep. 1389. v. 5. *quae*] sic scripsi. *quo* vulgo. Cum *quo* pro *quare* vel *quam ob rem* poni possit, vulgata retinenda est. In v. 7. legendum: *Nam solos septem proles quos duxerat orbes Septua-*

ginta forent i. e. denn die 7 Jahre, welche allein der Sohn erlebt hatte, waren 70 geworden, wenn die Parce uns nicht unglücklich hätte machen wollen. Eadem porro sententia, quae in v. 10 legitur, a Vopisco in Probo c. 15 refertur *Illis sola relinquimus sola.*

pag. 102. ep. 1397. *Annos qui vixi* leg. *vixit.*

- 102. ep. 1399. *Obiit hic M. Petilius Probo iuniore consule a. u.* 513. leg. anno Chr. 513.

- 103. ep. 1400. v. 10. *sit sine fine dolor*] legendum *fit sine fine dolor.* Deinde v. 16. *quae nos, haec tecum mox teget urna simul.* An *quae vos, haec mox me con teget urna simul?*

- 103. ep. 1402. v. 3. *Iamque venis, tendit dextras chorus inde deorum* legendum *Iamque venis, tendit dextras chorus ipse deorum.*

- 104. ep. 1406. v. 1. *hoc turba in*] An *hoc cubant tumulo?* Sed in *cubant* prima brevis est, et spondeus plerumque primo loco hendecasyllabi legitur, unde malo *Hoc parvo in tumulo.*

- 104. ep. 1408. v. 10. *vivus ut hoc facerem*] an *vivus et hoc facerem?*

- 105. ep. 1412. v. 6. *solus*] *Bonada. solüi errore typographico* leg. Bonsda. *soluï* vulgo errore typ.

- 105. ep. 1417. v. 2. *Attas* An *Atta?* quod vocativi forma est. In v. 3. et 4. aliter interpungendum:

Morte gravi raptus taetra defungeris hora
Immeritus, decimo progressus nobilis anno.

- 106. ep. 1424. *sancta*] *iunge cum tellus.* Imo cum *alvo,* i. e. Göttin Erde, nimm in den heiligen Schoos die Gebeine auf.

- 106. ep. 1425. v. 2. *huic autem obsequens*] *autem* delendum est auctoritate Fabricii. In v. 4. legendum *A pupula annos viginti obtinui domum.*

- 108. ep. 1432. v. 3. *natae*] Osannus in Sylloge Inscr. X. p. 583 legit *coniugis Exiguo natae pietate sepultus* i. e. durch die Liebe der Gattin, der Tochter des Exiguus, bestattet.

- 109. ep. 1437. v. 17. *et antecessi genita post leti diem*] Haec verba integra esse iudico. Lusus inest in *ante* et *post.* Ich die Tochter hinterliess Trauer meinem Vater und ich ging ihm voran zum Tode, ich die später geboren.

- 110. ep. 1444. v. 5. *Vel rate funerea utinam tecum comitata fuissem*] redundat *tecum.*

- 111. ep. 1453. v. 1. *Murria*] An *Murria patronum hoc titulo pietatis honorat?*

- 119. ep. 1528. v. 1. *O dolor! quantae lacrimae fecere sepulcrum* An *O dolor, o quantae lacrimae flevere sepulcrum?*

pag. 120. ep. 1532. v. 4. *que coluere cadunt neglexere manent.* An *qui coluere, cadunt; neglexere, manent?* i. e. ii, qui coluere numina vestra, cadunt; ii vero, qui numina vestra neglexere, manent.

- 120. ep. 1536. v. 3. *quou exprimens dolore fugit anima corpore*] An *quoius prae dolore fugit anima corpore? quoius* monosyllabum. In v. 8. legendum *venustam, amoenam, inter morbum garrulam.* In v. 10 pro *viventi* legendum *vigentem.*
- 121. ep. 1541. *Anth. III.* 265. leg. 165.
- 123. ep. 1549. v. 7. *Quin si fraude mala quid hinc reportes* legendum *quod si* etc.
- 124. ep. 1558. v. 2. *quod proco* legendum *quod probo.*
- 124. ep. 1563. v. 1. *Tirenus* leg. *Tyrrhenus.*
- 127. ep. 1581. *Anth. V.* 95. leg. *Anth. IV.* 95.
- 128. ep. 1593. *quia* 1552 *diem obiit.* legendum *qui anno* 1555 *diem obiit.*
- 128. ep. 1594. v. 8. *haec sidera*] *i. e. solem et lunam.* Burm. *Dele haec:* id enim non cum *sidera* coniungendum est, nec Burmannus ea vocabula coniunxit. Könnet ihr Gestirne diess ruhig ansehen?

INDEX

EPIGRAMMATUM.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

I.

N.

P.

Q.

	Anth. Burm.	Ed. nov.
quod solum formae decus est cecidere capilli	III. 257.	168
quod te pallidulum Marine noster	Lux. 15.	313
quod tua mille domus solidas habet alta	III. 70.	911
quod tu debueras frater post tempora nostra	IV. 138.	1264
quod viva emerui moriens quod et ipsa rogavi	IV. 185.	1306
quod vixi flos est. servat lapis hoc mihi nomen	IV. 93.	1228
quod voto petiere suis plerumque parentes	IV. 277.	1376
quos cursus solis iungant sua tempora menses	V. 116.	389
quos habet unus amor quos perdidit unus et	I. 149.	670
quos paribus nutrix eadem pavisse papillis	I. 137.	664
quot lacrimas moriens liquisti filia matri	IV. 262.	1596
quo tua Romanae vindex clarissime linguae	II. 156.	67

R.

	Anth. Burm.	Ed. nov.
Rapta iacet natis quos mater ad ubera liquit	IV. 361.	1445
rapta sinu matris iacet hic miserabilis infans	IV. 241.	1346
raptus aquator Hylas Nympharum gaudia	I. 151.	672
raptus ego superis patribusque ablatus inique	IV. 10.	1164
raro decens capillo	Lux. 11.	309
reddere te fatis Ephire si pos..	IV. 188.	1478
reddita post longum Tyriis est mira voluptas	Lux. 43.	341
redditur effigies liquida spectantis in unda	V. 101.	517
regia festa canam sollemnibus annua votis	T. 2. p. 628.	290
regia praeclaraa erexit iussio moles	III. 36.	293
regius est Abcar servus palus hispidus ursus	V. 205.	1132
regna licet teneat sceptrumque leonis	V. 208.	1137
reliquias Danaum dira premit arte	I. 164.	686
repente noctia circiter meridiem	—	51
res eadem adsidue momento volvitur uno	III. 105.	251
ridiculum est cum te Cascam tua dicit amica	III. 244.	59
Roma domus fiet Veios migrate Quirites	II. 81.	792
Roma labore vigil fregit Carthaginis arces	—	276
Romane aquam Albanam cave lacue contineri	—	6
Romani princeps populi decus ordinis	II. 166.	405
Roma potens dum iura suo declarat in orbe	II. 186.	394
Roma tibi ambiguum mea mors sine teste	II. 171.	557
Roma vetus veteres dum te rexere Quirites	III. 4.	881
Romuleum Sicula qui fingit carmen avena	II. 197.	425
Romulus adgreditur regnum qui condidit urbem	II. 19.	710
roscida pumiceo Pallantias exit amictu	V. 3.	458
rupe sub hac vaga lympha fui sine nomine	—	885
rure morans quid agam respondi pauca	III. 59.	280
rustica perpetuae non te sors pallida vitae	IV. 193.	1310
rusticus ad tectum gressus referebat ab urbe	V. 129.	1069
rusticus indocte si quid dixisse videbor	VI. 69.	1683

S.

	Anth. Burm.	Ed. nov.
Sabinus ille quem videtis hospites	II. 130.	102
sacratum Phoebo Cumanam fertur in urbem	II. 195.	414
saepe dat ingenium quod vis conferre negabat	V. 138.	393
saepius futuis nimisque semper	Lux. 10.	308
salva Roma salva patria	—	783
salve sancte pater Priape rerum	V. 219.	1704
Samnis sum genere Proculam dixere parentes	IV. 87.	1224
sancta probis pax est irasci desine victus	III. 75.	452

T.

U.

V.

Catalogus Poetarum.

*) i. e. Dissertatio de Auctoribus Anthol., quam in praefatione emisi.

Auctores recentiores.





